ONOMASTICON CODICIS NASARÆI, CUI LIBER ADAMI NOMEN,

EDIDIT

MATTH. NORBERG,
S. S. THEOL. DOCT. LINGU. ORIENT. ET GRÆC. PROFESSOR,
CANCELLARIÆ REGIÆ CONSILIARIUS,
CUM INSIGNI EQUESTRI ORDINIS REGII
DE STELLA POLARI.

LONDINI GOTHORUM MDCCCXVII.
LITERIS BERLINGIANIS.

Altera hæc pars est Nomenclaturæ Nasaræææ: quæ, si magnitudo spectetur, parva volumine, sin difficultas, opere ardua censebitur. Neque enim, quæ vis & origo est Nominum Propriorum, more Appellativorum, tam facile ex orationis serie cognosci potuit. Indaganda hæc utraque ex ingenio cujusque aut loci aut personæ fuit. Quod vero ambiguum. Abditique sui sensus index est obscurus forma appellationis, subinde sic mutata, ut antiqui verique oris vix quædam lineamenta supersint. E. g. [Syriac], [Syriac], [Syriac], [Syriac], [Syriac] &c: de quibus & similibus opinari magis, quam scire licuit.

Utcumque vero curæ hæ supremæ Nasaræismi existimatæ erunt, corrigendis quibusdam, qui in ejus primis mediisque commissi fuerunt, erroribus inservierunt. E. g. Male transscripta: [Syriac], [Syriac], [Syriac], [Syriac], [Syriac], [Syriac], [Syriac] Transscribenda [Syriac], [Syriac], [Syriac], [Syriac], [Syriac], [Syriac], [Syriac] Male reddita: I. 250. 9 [Syriac] (ex H. תור) per *observavit* pro (ex Aram. שור) *exsiluit*; III. 62. 18 [Syriac] per *Tanone* (ut N. proprium) aut per *octo* (quasi legendum esset [Syriac], ut in ipso hoc Onomastico p. 26. lin. 10 animadversum est); quod vero probabiliter scriptum mendose pro [Syriac] (Vita) *Secunda*; ita ut hæc ibidem perinde ac Abatur (Vita Tertia) formulas etiam precationis, & quidem septem a Behram acceperit.

Male correcta: I. 232. 13. ܐܝܠܢܐ ܕܡܬܪܘܒܝܢ ܒܥܠܡܐ recte versa *arbores, quæ vigent in mundo*; quæ verba etiam in Lexidio p. 226. 21 citata; quæ autem in seq. p. 227. 21, vitio memoriæ (coll. ܒܝ), mutata in *arbores, quæ in mundo nocituræ*. Caussa erroris fuit, ne, quæ proles sit Virginis Zodiacalis, respectu ceteræ Zodiacalis & nociture progeniei, sola profutura videretur. Cui autem contradictioni melius medeberis, si ܒܝܫܐ *malæ* h. l. intermissum putaveris.

Omissa vero in hoc Onomastico Nomina sui Codicis:

Consulto 1 Hebræa, quorum etymologia cognita; exceptis nonnullis, quæ superstitioni gentili cognomen fecerunt, e. g. ܐܒܪܗܡ ܐܒܐ ܗܘܐ, ܡܫܝܚܐ, ܥܘܡܪܐ; 2 Persica, scil. utriusque regiæ stirpis Aschgami & Sasani, quippe quæ aut ordine præpostera, aut origine incerta sunt; 3 Nasaræa, videl. eorum, qui liturgias avitæ religionis aut olim collegerunt, aut recentius descripserunt, e. g. ܒܪܟܝܪ ex P. برخوردار *fortunatus*, ܒܗܪܡ ex P. بِگل‌رم *flos pec. enici*, ܐܗܪܘܢ s. ܙܗܪܘܢ ex זהר *splenduit*, ܝܣܡܝܢ ex Ch. יסמין *Sisamum*, ܒܝܢ ex Ar. بایِن *distinctus*, ܡܚܬܡ (sæpius ܡܚܬܡ male transscriptum) ex חתם *insignis*, ܣܥܪܐ ex סער *fulcrum*, ܫܥܪ scribe ܫܥܪ ex שער *æstimatus* &c. Quæ momenti minoris mihi visa fuerunt.

Improviso III. 62. 8. unum ܪܘܡܐ ܪܡ ex רום *altus, elatus fuit*, & ܢܗܪܐ *splendor*; alterum ܬܩܝܦܐ ܥܢܢ ex Ch. ענן *augur* ex nubibus futura prædicens, & ܬܩܝܦܐ *validus*,

potens; quæ autem propria, illud Aeonis, qui undecim, hoc Aeonis, qui viginti & quatuor formulas precationis reliquit; sicut ܡܪܝ ܢܪܣܝ, præter quadraginta & quatuor tales, quas ejus familia tradidit, item ipse non solum hoc suo nomine triginta & sex edidit, sed & idem ut virtutis & scientiæ Princeps, modulatæque & sacræ orationis Magister triginta adjecit, easque demum titulo ܡܪܝ ܚܢܢ illustris adhuc duabus, mysterium aquæ spectantibus, cumulavit. Quibus observatis, obscuri hujus loci sensus clarescet.

Brevius vero hæc materia, quam pro sua amplitudine, tractata est. Quod tamen non soli ipsius rei ignorantiæ aut monumentorum inopiæ tribuendum est. Etiam angustia temporis in culpa fuit. Festinanda est editio operis Historico-geographici, quod جهان نما *Gihân Numâ* i. e. *Theatrum mundi* inscriptum, pluraque volumina expleturum, ex Turco in Latinum verti. Moramque nec patietur, quæ facem huic præferens mox sequetur; ea vero argumenti pure historici, ex Turcarum annalibus *) excerpti vel excerpendi; quæ ingenium & regimen hujus populi ostensura, plures etiam propter totius magnitudinem partes, sed Svece compositas, continebit. Vergit enim ætas, neque procul finis.

---

*) Nomina Auctorum: I نعيما 2 راشد افندي 3 صبحي 4 عزي 5 حاكيم 6 چشمي زاده.

ܐܒܐ ܣܒܐ ܙܟܪܝܐ *Abo Sabo Zakrio* (ex ܐܒܐ *pater*, ܣܐܒ *consenuit*, & H. זכריה a זכר *recordatus est*, & יה *Dominus*) cognomen [patris] Johannis Baptistæ, quem Nasaræi suæ gentis conditorem ferunt. Ratioque appellationis *Sabo* fuit, quod parens ille (ܒܣܝܒܘܬܗ) *in sua senectute* hunc filium a sua uxore ܐܢܫܒܐܬ *Aneschbat* (corrupte pro Ελισαβετ Luc. 1. 5. H. Exod. 6. 23.) etiam (ܒܣܝܒܘܬܗ) *in sua senectute* susceperat a).

ܐܒܕܠܐ ܚܪܒܝܐ (scribe ܚܪܘܒܝܐ) *Abdolo harbojo* (ex Syr. ܚܪܒ *perperam egit*, nisi אבדון, Gr. Απολλων *vastator*, malueris, & חרב *vastavit, desolavit*) cognomen Martis b). Neque aliud convenientius. Partitis Septem Stellaribus imperium mundi, vim artemque belli hic acceperat. Quæ vero sors licenter usurpata. Eximens se suis collegis se Deo æquavit. Numinisque sui ut culti propitius, sic neglecti horribilis ille vindex. Quam vero superbiam, sævi-

a) I. 108. 9. ܢܬܝܠܕ ܝܠܕܐ ܠܐܒܐ ܣܒܐ ܙܟܪܝܐ ܕܗܘ ܒܣܝܒܘܬܗ ... ܘܡܐܐ ܫܢܝܢ ... ܒܣܝܒܘܬܗ ܐܢܫܒܐܬ ܐܡܗ ... ܒܣܝܒܘܬܗ ... „nascetur filius τ8 Abo Sa„bo Zakariae, ipsi in sua senectute futurus. Nataque centum „annos hunc sua mater Aneschbat concipiet, sua in senectute „paritura".

b) II. 96. 10. 17. 98. 2. 100. 10. 103. 2. 13. 104. 7.

tiam Spiritus, sua mater (pater Leviatan erat) ipsi exprobravit c). Nec verbis solum punitus est. Item verbera (de quibus infra, ubi plura de hoc Deo) secuta sunt d).

ܐܒܐܬܘܪ *Abatur* (ex ܐܒܐ *pater*, & ܬܘܪ *præcellens*) appellatus Vitæ Secundæ Juschamin filius. Qui autem ceteris duobus utcumque natu minor, judicio tamen major fuit. Ideoque ut Veterator in caussis dicendis, ita sui obtegens in consiliis, factorumque justus Aestimator ille dictus f).

---

c) II. 96. 17. ܠܫܘܒܐ ܫܒܝܚܝܐ ܡܨܥܪܠܗܘܢ ܢܝܪܝܓ ܐܡܪܠܗܘܢ ܕܠܝܬ ܐܠܗܐ ܕܫܒܝܚ ܕܠܝܬ ܢܫܝܪ ܡܢܝ „afficiens contumelia Nerig (Mars) „Septem Stellares, ita eos alloquitur: non datur Deus, qui me glo- „riosior et potentior est“. II. 104. 18. ܠܠܒܘܫܐ ܢܚܝܪ ܐܥܒܕܬܠܗܘܢ ܒܪܟܒܐ ܫܘܦܐ ܠܐܪܥܐ ܒܡܪܟܒܬܐ ܕܫܪܝܐ ܐܥܒܕܬܠܗܘܢ ܕܪܒܐ ܕܫܘܡܢܐ „feci ego, ut vos magnifice vestiti, curruque quisque strepitante in- „ter coelum et terram vecti, itinera pinguedinis conficeretis“.

d) II. 98. 4. ܫܒܝܚܬܝܟ ܫܒܛܐ ܘܫܘܠܛܢܐ ܘܡܪܘܬܐ ܘܫܡܥܐ — ܘܐܡܪܬܠܗܘܢ ܠܫܝܒܝܢܝܟ ܫܒܝܚܘܬ ܕܒܪܝܐ ܫܡܫܝܢܟܘܢ — ܘܫܡܥܪܬܠܗܘܢ ܠܫܝܘܠ ܬܚܬܝܬܐ „obtuli tibi sceptrum et potestatem, imperium et obsequi- „um; tuique cultoribus affirmasti, te in paradisum deliciarum eos „sublime ducturum; quos vero in orcum infimum deturbasti“.

e) II. 96. 15. ܫܒܛܐ ܘܫܘܠܛܢܐ ܠܟܠ — ܐܡܬܐ ܕܒܪܐܠܗ ܫܒܝܚ — ܘܠܪܩܝܥܐ ܫܡܝܐ ܡܣܩ „sceptrum imperiumque populis eum colentibus „defert, ipsos ad firmamentum coeli evecturus“. II. 98. 2. ܒܥܠܕܒܒܝܗ ܠܚܪܒܐ ܘܢܘܪܐ („adversantes ipsi omnes) caedi et igni ille de- „vovet“.

f) III. 190. 9. ܐܒܐܬܘܪ ܠܒܝܬܐ ܕܪܒܐ ܟܫܝܐ ܘܥܬܝܩܐ ܕܐܒܗܬܐ ܥܬܝܩ ܡܬܘܡܐ ܢܛܝܪ ܠܒܝܬܐ ܒܡܠܬܐ ܘܬܪܝܨܐ — ܘܡܠܟܐ ܢܘܪܐ ܡܢ ܢܫܡܬܐ ܕܢܛܝܪ ܢܛܪܗ ܘܡܟܝܟ ܐܡܝܢ ܒܪܝܐ ܐܫܡܫܘܗ ܕܢܛܝܪ ܘܐܒܝܟ ܡܢ ܢܛܪ ܫܒܝܚ

Sed Idem imprudens. Curiosus noscendi, quod splendidam lucis sedem (Pleroma) ambibat, chaos, hoc spatiis audentioribus petiit. Quæ autem ipsius in turbidam ejus molem intuentis imago ibi expressa fuerat, ea filii sui Fetahil Demiurgi facta est. Malique hæc caussa & origo g).

ܐܓܙܘܠ *Agzul* nomen probabiliter, mutata Gutturali litera א in Palatinam ג, idem quod אוזל, filio Joktanis Semique nepoti Gen. 10. 27. proprium, sed genti Arabicæ, etiam Hez. 27, 19. memoratæ, quam ille sibi condidit, ut & urbi, recentius Sanaa appellatæ, commune. Testisque, cum Golius, qui non modo appellationem istam hujus urbis antiquam fuisse, sed etiam Joktanidas illam Arabiæ partem insedisse, ex Camuso retulit, tum Vankuli (vertit hic Lexicon Gevhari ex Arabico in Turcicum), qui regem Hamjaritarum item أزلي i. e. *ab Uzal oriundum* nominavit. Quibus accedunt, Johannes, Asiæ Episcopus, Syrorumque historicus, qui illud nomen nec ætate

---

ܐܒܬܘܪ „Abatur, natu grandis, obtegens sui et in occulto latens, „aequa autem lance opera et praemia ponderans, quem spiritum „exspirantis perfectum ponderando deprehenderit, eum ad Vitam „evehet, quem e contrario imperfectum ponderando invenerit, eum „ibi, ubi nihil non litigii nascitur, collocabit". Cfr. I. 308. 11.

g) I. 308. 14. ܩܡ ܗܘ ܐܒܬܘܪ ܘܦܬܚܗ ܠܒܒܐ ܘܐܙܩܦ ܒܡܝܐ ܐܘܟܡܐ ܡܢ ܒܫܥܬܐ ܐܬܒܪܝ ܒܪܗ ܕܡܘܬܗ ܒܡܝܐ ܐܘܟܡܐ ܘܦܬܚܝܠ ܐܬܓܒܠ „surrexit Abator, et, porta aperta, in aquam nigram prospexit. Fictus „autem extemplo filius, sui imago, in aqua ista nigra, et Fetahil „conformatus fuit".

sua obsolevisse, affirmat, & Niebuhr, qui auctoritatem Indiani fide digni secutus, idem asserit h). De cultu autem Lunæ sic in Gihan Numa, Orientali Geographia, Turcice conscripta: *Auctor idololatriæ Arabicæ Amru ben Taj: cujus error ad posteros, primum Abrahami, deinde Ismaelis propagatus fuit. Idolumque, Hebel dictum, templo etiam Meccano consecratum. Neque alia defuerunt. Quorum vero unum fuit Suvag, a Beni Hezil* (in hoc nomine Uzal cognosces) *in honore habitum. Memorabile etiam,* (cujus nec minus mentio apud Geographum Nubiensem injicitur) *monumentum, Gamdan vocatum, & in colle, haud procul a Sanaa obvio, a Jahsab Homerita conditum: quod quadrangulum & variegatum, uno latere rubri coloris, altero albi, tertio flavi, quarto viridis, fuit.* Quibus hæc ex Geographo Muhammede Abi Taleb addenda: *templum Lunæ pentagonum, acclivi surgens fastigio, & intus auro argentoque cælatis literis præter tabulas argenteas distinctum: solio in eo medio conspicuo, quod, tribus sublime gradibus, idolum argento fictum tenet. — Aditumque id, Luna illustri, a Sabiis: qui thuribula aurea gestantes, alboque induti, sed retibus piscatoriis loco fasciarum accincti, ducto secum homine latæ frontis, simulacrum hoc ita allocuti sunt: Pedisseque Dei, Frater Solis splenden-*

---

h) Assem. Bibl. Orient. T. I. p. 560. Niehbuhr Descript. de l'Arabie p. 291. J. D. Michaëlis Specil. Geogr. Hebr. T. II. p. 164.

tis, *Stellasque quinque errantes celeritate superans*, *coram venimus*, *ut*, *quod tui simile sit*, *tibi offeramus*. *Quo dicto*, *factoque saltandi initio*, *hominem illum vinctum*, *& in conspectu idoli positum*, *vibratis ad cædem sagittis petere*, *ejusque sanguine hoc illinire*, *mos fuit* i). Turpis itaque & infamis sui cultrix gens omnis dicta k).

ܐܕܩܫ *Adakas* nomen magni Genii, sed incertæ originis, fueritne hæc, sive Zendica *Hadakht* (Zend-Avesta T. I. §6), sive, quæ verisimilior, Chaldaica חריכות, Ar. حالكة *seria mentis attentio* ad rem, *ingenium*, cogn.

---

i) هيكل القمر مخمس الجدران محدب الاعلى كتابات الذهب والفضة وصفايحها التمو به وفي وسطه كرسي فوق ثلاثة درجات وعليه صنم من فضة فاذا كان القمر في شرفه اتوا الى هيكله لابسين البياض ومعهم مجامر الفضة وشبك الصيد متوشحين بها ومعهم رجل ادم كبير الوجه وهم يقولون يا مربك الاله يا اخا الشمس المنيرة يا خفيف الخمس الدراري جيناك نقرب اليك ما يشبهك ويرقصون ثم يوقفون الرجل مربوطا قدام الصنم ويرشقونه حتى يموت ثم يلطخوا الصنم بدمه . Lunam vero, ut Solem, cujus uxor haec habita est, loco Numinis colere, ut olim Tyriis, Babyloniis et Persis (Selden. de Diis Syris p. 239), sic recentius etiam Indianis in more fuit (Cod. MSS. Peg. etc. p 833). Neque non ipsi hostiis humanis in India litatum est. Festumque ejus ut Solis laetis obscoenisque cantilenis celebratum (System. Brahm. p. 186 etc.).

k) I. 228. 3. ܡ̈ܢܕܝܐ ܕܡܫܬܘܕܥܝܢ — ܒܫܘܒ ܒܝܫܐ ܘܡܬܩܪܝܢ ܡܢܟܦܐ ܗܘܘ ܕܝܢ ܛܘܪ̈ܐ ܘܡܫܪ̈ܝܐ ܡ̈ܠܐ ܗܘܘ ܐܝܟ ܐܒ̈ܐ ܠܡ̈ܠܟܐ ܗܘܘ ܡܢܩ̈ܝܐ ܒܥܒܕܐ

ܚܘܩ *obiit oculo* rem, ܚܘܩ *obiit mente* rem, unde ܚܘܩ *acumen, ingenium*, ܚܐܘܩ *ingeniosus*. Fuit enim ille Aeon, qui, creato Adami corpore, sed sine animo, hunc ipsi tribueret. Ejusque nomen hoc simplex. Quod autem varie pro vario officii sui genere compositum fuit. Accesserunt nomini suo appellationes, ut ܡܐܢܐ *Mano* (ex H. מון) *species* s. *imago* divinitatis, ubi illius ope Adam, corpori suo illapsa animâ, loquendi cogitandique facultatem accepit l), ita ܙܝܘܐ *Zivo* i. e. *Splendor*, ubi auctorem rationis suæ parens hic generis humani celebravit m), & ܡܠܠܐ *Malolo* i. e. *Verbum*, seu ܦܪܘܩܐ i. e. *Liberator*, ubi secreta majestatis divinæ habitacula Genio Lehdojo i. e. Anusch conspicienda præbuit n). Quibusque etiam adjectæ 1 ܢܒܬܐ *Nebto* i. e. *Scaturigo* lucis mundo accensæ: 2 ܢܡܘܣܐ *Nemuso* i. e. *Jus*, generi humano redden-

---

„foeda haec adspectu. Iique ex hac orti, qui cujusque doloris et af„flictionis auctores, et veneficiis praestigiisque indulgentes, cordia „pervertunt; labefacturi vero alios, ipsi lapsantes".

l) I. 192. 13. ܢܫܡܬܐ ܒܦܓܪܐ ܗܝܟ ܡܡܠܠܐ ܗܘ — ܘܗܝܟܢ ܬܪܥܝܬܗ ܗܟܢܐ „(nesciant, quomodo) in corpore anima ita loqua„tur — ratio ita resonet".

m) I. 196. 14. ܡܫܒܚ ܠܐܒܘܗ ܐܕܟܣ ܙܝܘܐ ܕܡܢܗ ܢܫܡܬܗ ܐܬܢܨܒܬ „celebravit patrem suum Adakas Zivo, a quo animaipsius plantata „fuerat".

n) II. 108. 17. ܡܚܘܐ ܡܫܟܢܐ ܡܢ ܡܫܟܢܐ ܡܚܘܐ ܡܠܟܘܬܐ ܪܒܬܐ ܘܪܙܐ ܕܟܣܝܐ „ostendit alias aliasque sedes divinae majestatis, ejusque ma„gna et secreta albumina monstravit".

dum; 3 ܢܫܡܬܐ i. e. *Afflatus* cœlestis; 4 (pro ܦܪܘܥܘܬܐ ܦܪܘܥܐ) ܦܪܝܘܬܐ ܦܪܝܐ *Farjo, Ferjoto* i. e. *Retribuens cuique suum pro merito;* 5 ܢܗܘܪܐ *Nehuro* i. e. *Lux,* mundo affulgens; 6 ܢܥܡ (scribe ܢܥܡܬ) ܢܥܡܬ ܚܝܐ *Næmat heje* i. e. *Musa Vitæ;* 7 ܬܢܐ *Tano* i. e. *Fornax* accensi splendoris o); 8 ܐܫܬܐ ܚܝܬܐ *Eschoto hajto* i. e. *Ignis vivus,* animans & lustrans *).

ܐܕܡ *Adam,* homo: qui autem una cum sua uxore Hava, respectu animæ, qua corpus afflatum fuit, in speciem divinitatis, more ceteri cujusque Aeonis, conformatus fuit p). Unusque etiam ille stirpis, quæ Familia Vitæ appellata est q). Sed ejus ultimus. Primus erat Adakas Zivo (am-

---

o) II. 114. 6. ܩܪܐ ܠܢܦܫܗ ܡܢ ܡܒܥܐ ܕܙܝܘܐ ܘܕܢܗܘܪܐ ܡܢ ܢܦܫܗ ܕܗܘܐ ܬܢܐ ܢܩܕ ܙܝܘܐ ܘܢܗܘܪܐ ܢܩܕ ܬܢܐ ܕܒܗ ܗܘܐ „vocavit „seipsum splendoris ac lucis originem: cujus ex anima accensus „splendor, accensa lux fuit, intepescente, incalescente, in qua erat, „fornace". Quo autem loco etiam Scharhabil Aeon ܡܒܥܐ ܕܙܝܘܐ Origo splendoris vocatur. Hinc dubitem, annon unus et alter pro eodem Aeone habendus sit. Quomodo nec certum, an diversus ab utroque fuerit ille Adakas Zivo? qui parens Familiae Vitae vocatur, et de quo sermo mox injicietur.

*) II. 128. 16 sq.

p) I. 204. 13. ܐܕܡ ܒܕܡܘܬܐ ܕܡܪܬܐ ܓܒܠܬܗ ܘܠܚܘܐ ܐܢܬܬܗ ܒܕܡܘܬܐ ܕܢܩܒܬܐ ܕܢܗܘܪܐ ܓܒܠܬܗ „Adamum in similitudinem Dominae (Vitae) conforma„vi; ut et ejus uxorem, quae erat Hava, in similitudinem feminae „Anano di Nehuro composui".

q) I. 204. 2. Enumerati generatim, qui Familiam Vitae constituerunt; tam vero mixtim, ut vix singulatim cognosci possint. Nequ-

biguum, an a proxime memorato hic distinguendus sit). Ipsique procreati ex compare sua ܥܢܢܐ ܕܢܗܘܪܐ *Anano di nehuro* (i. e. *Nube lucis*) 1 Aebel (forsitan hic idem qui Aebel Zivo) & Anat heje (i. e. *mulier Vitæ*); 2 Anan & Anan Nesab (de quibus infra), Anhar Zivo (i. e. *Splendida lux*), Schetel ac Hava, quæ duæ personæ nec cum iis (de quibus etiam infra) confundendæ videntur; 3 primum Aebel, Schetel & Anusch (de quibus nec minus infra), qui Adami & Socii & Magistri forent, & deinde simul cum sua conjuge Hava hic generis humani parens, qui honoris caussa item ܒܪ ܚܝܐ *Ber heje* (i. e. *Filius Vitæ*), ܕܡܘܬ ܚܝܐ *Demut heje* (i. e. *Imago Vitæ*), & ܒܪ ܐܢܘܫ *Ber Anusch* (i. e. *Oriundus ab Anusch*) appellatus r). Adam vero, diu sui constans, tandem more Aeonum, qui a prima sua sanctitate desciverant, impulsu suæ uxoris Havæ traductus, pejora cupivit s). Quem vero ut ad meliora hortaretur, Aebel Zivo una cum suis fratribus Schetel & Anusch jussus fuit. Tamen mors (hujus

---

magis haec, quam cetera Aeonum, genealogia in claro posita. Satisque nec scio, annon quaedam nomina, composite expressa, divisim accipienda sint.

r) Reddita haec nomina proprie fuerunt. Quae autem, ut ܕܡܘܬ ܚܝܐ imago Vitae II. 224. 9. pro epitheto Vitae Secundae Juschamin accipiendum erit, etiam appellative reddenda videntur.

s) I. 202. 15. ܐܝܩܪܐ ܗܘܝܢ ܠܐܕܡ ܥܕܡܐ ܕܥܡ ܚܘܐ ܐܬܚܒܠܗ „honori Adaamo fuimus, donec cum Hava corrupit“.

caussa peccatum) inevitabilis. Quam & natus mille annos, utcumque invitus, obiit t).

ܐܕܘܢܝ Adunaj (ex H. אדני *dominus, moderator*) appellatus *Sol*, Septem Stellarium ordine primus I. 54. 3. I. 96. 19. Neque hic ab Adonide, quem forma præcellentem Venerisque amasium pro Sole etiam Macrobius (L. 1. Satur. c. 21) accepit, diversus. Qui vero etiam cognominatus ܐܝܠ ܐܝܠ *El El*, Gr. ἥλιος (ex H. איל *potens, Deus*), item ܩܕܘܫ *Kadusch* (ex H. קדש *Veneris cultui consecratus*). Etenim non solum loco Numinis haberi voluit u), sed etiam illicitos cum Spiritu amores miscuit x). Cultrixque sui gens Israëlis y). Quo autem modo cultus a Sabiis olim fuerit, supra citatus Muhammed Abi Taleb me-

t) I. 94. 9. [illegible] „definiti „tibi, Adam, mille anni, quos in mundo transiges".

u) I. 54. 6. [illegible] „aurum, argentum lucrumque ventris sui cultoribus ille tri„buens, missisque in mundum nuntiis, efficit, ut ipsum Lunamque „filii hominis adorent".

x) I. 202. 17. [illegible] „Solem in arte sua obscura deprehen„di, atque hunc Jurbo (hoc quoque nomen solis, de quo infra), „quia Spiritui concubuerat, instar mulieris constitui".

y) I. 226. 17.

moriæ prodidit. Cujus & verba, huc spectantia, afferre juvabit z): *Templum Solis quadratum, aurique colore illitum. Neque minus ipsos parietes, quam suspensas cortinas, auriferi illius metalli pigmento distinctos videre est. Dicatum vero medium templi solio sex graduum: ubi idolum aureum, torque gemmato decoratum, regiaque tiara coronatum, eminet. Dieque hebdomadis primo, ubi signum arietis Sol ingredietur, illuc se Sabii, monilibus, striatis vestibus, fasciis & coronis ornati, se contulerunt, ita precaturi: illustrissime & augustissime Ignis, princeps luminarium, coram sistimus hanc puellam selectam, tuique similem, quam a nobis accipias, largiarisque nobis, quæ profutura sint, sed, quæ nocitura, a nobis avertas. Quæ autem puella mater pueri deinceps Jovi immolandi evasit.*

---

z) هيكل الصابية هيكل الشمس مربع الشكل مسقيط مذهب اللون مع دهان جدران بالدهان الاصفر وتعليق الستور الصفر المذهبة في وسط الهيكل مقعد فوق ست درجات وعليه صنم من ذهب مقلد بالجواهر متوج بتاج الملك ـ واذا كان يوم الاحد الشمس في برج الحمل بشرفها اتوا لهيكل وعليهم الحلي والحلل والتيجان والكلل ويقولوا مسبح انت ايها النير الاعظم قدمنا اليك هذه الجارية المختارة الشبيهة بك وتقبلها

Ita antiquitus institutum fuit. Quod nec recentius omissum. Indianis, festum Solis in universum celebraturis, non modo non pudori, sed etiam religioni est, pudenda simulacra, de collo aut brachio suspensa, venerari, pulchrasque mulieres ad propiorem aditum obscœna inter cantica & colloquia hortari. Quæ etiam est ratio, cur Bachus s. Sol in antiquis Romanorum urnis lascivo cælatus modo videatur (Syst. Brahm. p. 188).

ࡀࡃࡀࡕࡀࡍ & ࡉࡀࡃࡀࡕࡀࡍ *Adatan* & *Jadatan* (scribe illud ࡄࡀࡃࡀࡕࡀࡍ ex Syr. ܚܕܝܐ *antistes*, hoc ࡉࡀࡃࡀࡕࡀࡍ ex Syr. ܝܕܘܥܐ *sciens*) nominati duo Genii: qui Jordano, omnium primo, præpositi II. 222. 6. sollemne baptismi, item illius, cui Aebel Zivo initiaretur I. 238. 16., obirent. Iidemque Zehrun (de quo nomine infra) cognominati I. 238. 15, portis etiam Vitæ præfuerunt II. 280. 20.

ࡅࡓ *Ur* (ex אור أوار *ignis æstuans, flammans*) appellatus rex caliginis I. 158. 8. I. 162. 19. Ejusque mater

---

منا وارزقنا من خيرك واعذنا من شرك وتكون التجارية أم نلك الصبي الذي قربوا لمشتري . Solem perinde ac cetera astra coluisse, non modo Sabios, sed etiam Aegyptios, Chaldaeos et Persas, vetus memoria est (Job. 31, 26. 27. Lucian. T. III. edit. Bas. p. 52. T. IV. p. 105. R. Moses ben Majmon in more Nebochim. Diogen. Laert. edit. Rom. p. 3. et Curt. L. IV. c. 10.

Kin, de qua infra, I. 270. 5. Atque hæc Spiritus I. 288. 3. 292. 13. Cujus autem pater Anatan I. 260. 11. I. 268. 10. Neque hic a Turo apostata diversus I. 156. 3. Natusque ille malus a), pejor adolevit, pessimusque exitium mundo anhelavit b).

ܐܬܪܦܢ *Aterfan* & ܠܝܦܢ *Lifin*, duo mundi antistites, qui nominati, ille ex ܛܪܦܢ طرف *compressit visum, palpebras inter se contrahens*, hic ab Aram. לפף *convolvit, in-*

---

a) I. 292. 13 — 19. (scribe ܕܪܘܚܐ) ܕܪܘܗܐ ܒܪܗ — ܠܐܘܪ ܝܠܕܬ ܟܕ ܟܕ ܒܡܥ̈ܝܐ ܢܛܪܬܗ ܠܐܠܦ ܫܢܝܢ ܕܡܝܐ ܠܓܘܡܪܬܐ ܙܘܛܝܬܐ ܒܡܝܐ ܐܘܟܡܐ ܘܡܪܝܐ ܘܪܚܫ „cum peperisset Spiritus filium suum „Ur, hunc, quem praegnans per mille annos alvo continuerat, simi- „lem prunae parvulae, nigraque in aqua, in quam praeceps ierat, „reptantem vidi".

b) II. 198. 9. ܗܘ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܒܪ̈ܝܬܐ ܡܝܬܪ — ܘܡܫܪ̈ܝܪ ܗܘ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܬܩܝܦܐ ܘܬܩܝܦ · ܡܫܝܢܗܘܢ „validior ille omni- „bus creaturis, omnibusque rebus creatis potentior et fortior". I. 306. 5. ܐܪܥܐ ܒܚܡܝܡܐ ܠܡܗܦܟ ܗܘܐ ܗܘ ܣܠܩܐ ܡܢ ܡܝܐ ܐܘܟܡܐ ܕܝܢ ܗܘ ܐܘܟܡܐ ܕܒܩܪܒܐ ܒܩܠܐ ܘܥܠܬ ܒܚܡܝܡܐ ܕܒܪܝܐ ܗܝ ܗܦܟܐ ܕܡܝܐ ܐܘܟܡܐ ܟܕ ܢܦܠ ܥܠ ܫܘܪܐ ܘܐܬܡܛܝܘ ܘܐܬܪܥܫܘ ܐܝܟ ܟܘܪܣܝܐ ܕܥܠܡܐ „eversurus „cupide terram, nigra ex aqua surrexit: quam vero deinde, bello „cum clamore suscepto, libidinose inardescens introivit: aqua hac „nigra tum illabente in muros, mundi adversus vim orci obices, "qui agitati inde, et huc illuc commoti instar sellae fu- „erunt".

volvit rem. Ideoque illi etiam vocati, unus ܥܘܪܦܠ *Urfel* i. e. *Cæcus*, alter ܡܥܪܦܠ *Maarfel* i. e. *Cæcans* (scribe ܥܘܪܦܠ, ܡܥܪܦܠ ex H. ערפל *caligo*, Syr. ܐܬܥܪܦܠ *caligavit*). Qui vero iræ terrestri imperantes, cum cœli terræque orbem utrumque Fetahil conjunxisset, opus hoc sibi vindicarunt c).

ܐܝܠ *El.* vid. ܐܝܠܝܢ.

ܐܝܪ *Ajar* (ex H. אור *lux*, Ch. אויר) *aër* s. *æther* It. *Spatium aëreum* s. *æthereum*, splendidum illud & infinitum, quod *Pleroma* vocatum Numen Supremum (hujus symbolum ܦܪܗܐ *Phœnix*) ab æterno tenuit, & quod ideo tam necessarium, quam ipsum Numen, etiam per se fuisse dictum est d). Sic etiam Hebræi senserunt. Gen.

---

c) I. 184. 15. ܟܕ ܢܣܒܗ ܠܫܘܪܐ ܕܐܪܩܐ ܘܐܣܩܗ ܘܐܣܪܗ ܒܟܘܡܒܐ ܟܕ ܢܣܒܗ ܠܟܘܪܣܝܐ ܕܫܡܝܐ ܪܡܐ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܐܣܪܗ ܒܟܘܡܒܐܗ ܐܬܪܓܡ - ܘܣܠܩܘ ܘܦܫܛܗ ܒܟܘܡܒܐ ,,Cum vero murum telluris eductum elatumque fornici coeli Fetahil conjunxisset, ipsique conum firmamenti sublimem, thronum sibi futurum, illigasset, egerunt praecipites Aterfan et Lifin una cum Septem, Duodecim et Quinque Stellaribus, ascensuque facto, fornicatum illud opus occuparunt".

d) I. 130. 12. ܟܕ ܗܘܐ ܦܪܗܐ ܒܟܝܢܗ ܘܟܕ ܗܘܐ ܐܝܪ ܒܟܝܢܗ ܐܝܪ ܘܟܕ ܗܘܐ ܡܢܐ ܪܒܐ ܕܐܝܩܪܐ ܕܗܘܢ ܡܢܗ ,,ut fuit Ferho (i. e. Phoenix, Supremi Numinis symbolum) per se, aeque ac Ajar (i. e. Pleroma, splendida et infinita ipsius sedes) per se fuit; ita ex Mano, (i. e. Rege lucis, prima Divinitatis Imagine, Domino splendoris, exstitit etc.".

I. 2. ורוח אלהים מרחפת על פני המים vertente Syro: ܘܪܘܚܗ ܕܐܠܗܐ ܡܪܚܦܐ ܥܠ ܐܦܝ ܡܝܐ *Spiritusque Dei aquis incubuit.* Quæ verbi רחף notio manifesta Deut. 32, 11. כנשר יעיר קנו על גוזליו ירחף interprete item Syro: ܘܐܝܟ ܢܫܪܐ ܕܐܦܪܚ ܥܠ ܩܢܗ ܘܥܠ ܦܪܘܓܘܗܝ ܡܪܚܦ *sicut aquila, quæ volans in nidum suum, suis pullis incubat.* Neque aliter Phœnicii. Euseb. L. I. Præp. C. X. Φοινικων θεολογια την των ὁλων αρχην ὑποτιθεαται αερα ζοφωδη και πνευματωδη, η πνοην αερος ζοφωδες, και χαος θαλερον, εριβωδες. *Phœnicum Theologia principium hujus universi ponit aërem tenebrosum & spiritalem, sive spiritum aëris tenebrosi, & chaos turbidum ac caligine involutum.* Quibus & Indiani consentiunt. Rudis illa, ajunt, globosa, indigestaque moles, atque novis mundi rebus materia ingens, fovente eam ut ave Supremo Numine, maturata ruptaque fuit: generato inde, tanquam ex ovo, quicquid universi fuerit. Scilicet, quod cæcum & deforme erat, jam vim & speciem accepit. Omneque id partes in tres divisum: servato hoc ordine, ut suprema septem cœlos, media septem continentes, & infima septem maria constitueret (Mus. Borg. Vel. Cod. MSS. p. 235. Syst. Brahm. p. 163). Latinisque loco Numinis ipse Aether habitus est. Virg. Georg. II. 325.

Tum pater omnipotens fecundis imbribus Aether
Conjugis in gremium lætæ descendit.

Cfr. Ecl. VI. 60. Horat. Epod. XIII. 1. Lucret. L. I. 51. Quibus Cicero accedat. (IV Acad. 227): *Zenoni & reliquis fere Stoicis Aether videtur summus Deus, mente præditus, qua omnia regantur.*

ܐܝܪ ܐܪܩܐ *Ajar Arko* (ex ܐܝܪ *æther*, qui Latinis *coruscus*, *ignifer*, & *perlucens* dictus, & ܐܪܩܐ *terra*) *splendida* cœli *regio*, quam, ministrante Haj Hin, instituit Javar: paratis ibi, non modo domiciliis, quæ Rex lucis teneret, sed & Geniis, quibus familiariter uteretur II. 246. 5.

ܐܝܪ ܙܝܘܐ *Ajar Zivo* i. e. *Aether splendoris*: qui a Rege lucis, sicut inde ܢܘܪܐ ܚܝܐ i. e. *Ignis vivus* exstitit e). Ita & Aetherem pro ignis elemento Anaxagoras accepit.

ܐܝܪ ܓܘܦܢܐ ܒܪ ܦܪܝܘܣ ܓܘܦܢܐ *Ajar Gufno bar Farjaves gufno* i. e. *Splendens Vitis nata Vitis patentis*; eaque admirandæ speciei & virtutis; ex qua & Verbum lucis conspiciendum se præbuit f).

---

e) I. 144. 1. ܒܪܝܫ ܗܘܐ ܦܪܗܐ — ܘܡܢ ܦܪܗܐ — ܗܘܐ ܡܠܟܐ ܕܢܗܘܪܐ — ܘܡܢ ܡܠܟܐ ܕܢܗܘܪܐ — ܐܝܪ ܙܝܘܐ ܗܘܐ ܘܡܢ ܐܝܪ ܙܝܘܐ — ܗܘܬ ܢܘܪܐ ܚܝܐ
„ut Ferho per se fuit, a quo autem Ferho Rex lucis exstitit; ita „exstitit a Rege lucis Aether Splendoris, sed ab Aethere Splendoris „Ignis Vivus exstitit".

f) III. 190. 20. ܕܟܠܗ ܡܢ ܩܕܡ ܥܠܡܐ ܕܐܬܓܠܝ ܒܗ ܐܝܪܐ ܕܢܗܘܪܐ — ܘܡܠܟܘܬܗ ܕܡܠܟܐ ܕܢܗܘܪܐ ܐܝܟ ܡܠܟܐ ܗܘܝܐ ܓܘܦܢܐ ܘܠܗ ܘܠܡܠܟܘܬܗ ܠܗܘܢ ܐܬܓܒܠܘ ܒܡܠܟܐ ܠܗ ܘܡܢܗ ܦܪܝܐ ܓܘܦܢܐ ܕܢܗܘܪܐ

ܟܒ

ܟܡܘܪ (scribe ܟܡܘܪ̈ ex Ch· חכירה *caliginosus*) Dæmonum genus, a *nigredine* appellatum, ut & id constructum cum ܐܘ̈ܟܡܐ & ܟܡܘ̈ܪܐ *atris* & *nigris* II. 196. 10; quod I. 200. 19 male per *Caupones* versum, irritamenta peccandi poculaque Adamo propinavit; idemque forsitan, quod Gr. Κηρες, existimandum erit. Hom. Il. B.

302. — ὃς μη Κηρες εβαν θανατοιο Φερουσαι.

304. — κακα Πριαμω και Τρωσι Φερουσαι.

834. — Κηρες γαρ αγον μελανος θανατοιο.

Hesiod. Scutum Hercul.

156. Εν δ' Ερις, εν δε κυδοιμος εθυνεον, εν δ' ολοη Κηρ.

249. Κηρες κυανεαι, λευκους αραβευσαι οδοντας.

Eadem forma: neque notio diversa.

ܐܟܫܪ ܘܐܟܫܪ ܘܥܒܕ ܘܐܟܫܪ *Akschar uakschar uabad uakschar* i. e. *Recte & prospere egit, &, quam capessiverat, rem feliciter peregit*, nomina sensus abditi: quæ Javar, mundo principis inferi Zartaj Zartanaj exiturus, ubi ejus portas, firmo singulas obice clausas, obseraverat, his inscripsit. I. 280. 3.

ܠܡܘܟܐ „ejus calx aqua, ejus radix basis animarum, ejus cacumen „Genii, ejusque ramusculi radii lucis: sumtumque inde folium ani-„ma suis oculis ubi imposuerat, sublatis ex suis oculis paxillis, aethe-„rem extimum, sedemque pulcherrimam vidit". Cfr. III. 64. 9.

ܐܠܗܐ Aloho (Ch. אלקא, Hom. Z. 513 ἠλέκτωρ) proprie *Sol*, improprie *Deus*; qui instar Dei cultus, etiam Abortivis, mare rubrum trajecturis, affuit; qui indiciis autem diversis, annonæ caritatem ob æstum & aquæ inopiam (vis hæc solis) non defuturam, præsignavit g).

ܠܒܘܫܢ ܡܠܠܢ *Albuschan*, *Malolan*, i. e. *Indumentum nostrum*, *Verbum nostrum*, duo cognomina Genii Javar Zivo. Quibus & tertium ܡܠܠܐ ܕܝܗܝܐ *Malolo diheje* i. e. *Verbum Vitæ additum*. II. 220. 13.

ܐܡܡܬ (scribe ܚܡܡܬ ex ܚܡܡ *calefecit*) *Hamamet* cognomen Spiritus Venerei, sicut ejus proprium *Lebebat* per sync. *Libat* (ex להב *inflammavit*) ob irritamenta libidinis ipsi inditum I. 54. 3. I. 96. 20. Neque hoc,

g) III. 74. 6. ܠܡܣܬܠܩܢܝ ܘܐܠܗܐ ܪܘܚܐ ܝܘܪܒܐ „ad verbum: „Jurbo, Spiritus, et Aloho, Numina Abortivis culta. Sensu „autem: Jurbo i. e. Sol una cum Spiritu compare, hoc „Numen, Abortivis cultum". III. 78. 12. ܡܝܐ ܚܣܪܝܢ ܠܟܠܗ ܥܠܡܐ ܥܩܪܘܬܐ ܐܬܝܐ ܗܘܬ — ܘܐܠܗܐ ܚܘܝ ܒܢܝܫܐ ܒܐܬܘܬܐ ܦܪܝܫܬܐ — „aqua deficiente, sterili„tas toti mundo imminibat. Ostendit Aloho (Sol) generi humano „per diversa signa, sterilitatem omni mundo non defuturam" Neque nisi unius hujus Numinis in sequentibus mentio est.

opinor, a Gnostico *Achamoth* (Vid. Præf. T. I. p. VI.) diversum.

ܐܡܒܪܐ *Ambro* (Syr. ܐܡܪܐ) *Aries* Zodiacalis, horrisoni cujusque animalis procreator *).

ܐܢܘܫ *Anusch* (ex H. אנוש, Ar. انسان *mansvetum animal*, quod *bruto* בער oppositum, i. e. *homo*) nominatus Genius, a Schetel procreatus, & tertius Adami Socius: cognominatus vero ܓܒܪܐ ܢܘܟܪܝܐ *Gabro Nukrojo* i. e. *Vir novissimus* II. 294. 12; ܐܘܬܪܐ ܢܝܒܐ *Utro Nibo* i. e. *Genius mansvetus* I. 204. 11; ܠܚܕܝܐ *Lehdojo* i. e. *Singularis*, & qui ܕܒܪ ܢܦܫܗ ܗܘܐ *sui juris fuit* II. 138. 1; ܚܕܢܘ *Hadonu* i. e. *Unicus*, qui ܚܘܒܐ ܘܡܝܬܪܝܐ *caritate præcipuus fuit* II. 138. 4; & ܕܪܘܫܐ *Explorator* II. 138. 5. Qui autem, specie corporis induta, Hierosolymam petiit, miraculisque variis ibi editis, nubem, ipsius sedem, justitiæque stateram, repetivit h).

---

*) I. 232. 1. ܩܠܐ ܕܪܡܐ ܐܡܒܪܐ ܗܘܐ ܡܢܗ ܢܦܩܘ ܚܝܘܬܐ ܟܠܗܝܢ ܒܩܠܐ ܥܙܝܙܐ ܗܘܐ „voce, quam Aries protulit, exstiterunt animalia omnia, „voce truculenta".

h) I. 56. 12. ܐܝܟ ܠܒܘܫܐ ܕܥܢܢܐ ܕܝܠܗ ܡܝܐ ܐܦ ܗܘ ܒܕܡܘܬ ܦܓܪܐ ܢܗܠܟ „ut indumentum nubium est aqua, etiam ille corporea specie indu„tus ambulabit". I. 56. 15. ܐܬܐ ܒܚܝܠܐ ܕܡܠܟܐ ܪܒܐ ܕܢܘܗܪܐ ܡܠܟܐ ܩܪܘܒܐ ܠܐܘܪܫܠܡ ܘܡܬܚܙܐ ܒܗܘܢ ܘܡܝܬܪܐ ܒܢܝܢܐ ܘܡܣܐܒܢܐ ܘܡܣܘܝܐ ܘܩܝܡܐ ܘܡܬܬܙܝܥ ܠܡܫܝܚܐ ܘܡܬܠܐ ܢܘܗܪܐ ܘܪܘܚܐ ܘܡܫܬܝܢܐ ܡܬܠܐ „veniet hic virtute

ܐܢܬܢ *Anatan* (scribe ܥܢܬܢ ex عنت *declinavit, peccavit, crimen commisit*, Syr. ܥܢܬܐ *flagitiosus, scœlestus*) nominatus orci quidam princeps: qui vero cognominatus (ܦܠܚܐ ܕܚܫܘܟܐ) *Belliger caliginis*, ut Kin ejus uxor (ܡܪܬܐ ܕܚܫܘܟܐ) *Domina caliginis* cognominata est: & cujus regnum, eo relicto, quod inferorum Gaf & Gafan erat, Aebel Zivo petiit I. 260. 11.

ܐܘܣܪܐܝܠ ܐܘܣܛܘܢܐ *Usrail ustuno* i. e. *Israel columna*, una earum, quas Hierosolymæ Genius Anusch, a Vita irata missus, diruit. Earumque altera ܝܩܝܦ (scribe ܥܩܝܦ ex יעקוב) *Jakif* dicta, quæ portæ urbis apposita fuit. Tertia vero ܐܕܘܢܝ *Adunaj* (ex אדני *Dominus*) nominata, quæ in medio urbis collocata. Et quarta ܙܐܬܢ *Zatan* (ex H. זית *olea arbor*, Ar. زيتون *oliva*) vocata, muroque ejus exteriori adjuncta. Sed quinta ܟܪܟܘܡ *Karkum* (ex H. כרכם *crocus*) appellata, quam Legati tenuerunt. Quibusque accessit, cui

---

„Regis altissimi lucis, sanaturus aegros, visum caecis redditurus, le-„prosos purificaturus, fractos et attritos ad iter erecturus, surdis „mutisque facultatem loquendi allaturus, vitamque mortuis datu-„rus". I. 58. 1. ܘܡܫܠܡ — ܘܢܦܩ ܥܠ ܡܫܩܠܐ ܕܟܘܫܛܐ „sublimis „vero ille abiturus stateram justitiae occupabit". Quae statera sic descripta II. 312. 11: ܓܒܠܗ ܦܬܗܝܠ ܠܥܢܢܐ ܕܐܝܟ ܥܢܢܐ ܦܪܚܐ ܒܥܠܡܐ ܘܡܬܩܪܐ ܡܫܩܠܐ ܕܟܘܫܛܐ „formavit Fetahil nu-„bem, quae velut nubes alata mundum circumvolitans, Statera ju-„stitiae appellata est".

nomen ܡܣܥܘܪܐ (ex *Aram.* סער *invisit*), ubi excubiæ actæ fuerunt; hujusque stragem ea, quæ totius urbis, secuta est. II. 302. 4.

ܐܣܘܪܡܝܐܝܠ *Asurmejal* (probabiliter ex اسرافيل apud Meninski, mutato פ in cogn. מ, *Angelus mortis*, nisi originem Pers. اذر نهال, ut آتش نهال occurrit, *ignis sarmentorum*, malueris) nomen *igniferi*, *ignivomi*, *ignipluі* Satanæ i).

ܐܣܛܪܐ *Astro* i. q. Syr. ܐܣܬܪ, Ar. سيارة, Pers. ستارة, Gr. ἀστήρ, Lat. *Aster*, stella Veneris, appellatio, item Spiritui Venereo ejusque progeniei adjecta I. 54. 3. I. 96. 20. Pl. ܐܣܛܪ̈ܘܬܐ I. 188. 1. k). Sed ܐܣܛܪܘܬܐ (scribe ܐܣܛܪܘܬܐ) I. 186. 11. l). Neque hæc vox diversa ab H. עשתרת, nomine

---

i) II. 38. 2. ܢܘܪܐ ܡܢ ܐܪܥܐ ܗܘܬ ܘܟܝܢܗ ܡܢ ܟܝܢܐ ܕܫܒܝܚܐ ܘܚܝܠܗ ܡܢ ܚܝܠܐ ܕܚܫܘܟܐ ܘܡܢ ܒܝܬ ܐܣܘܪܡܝܐܝܠ ܣܛܢܐ „ignis ex „terra, sua natura ex natura Septem Stellarium, suaque vis ex vi „caliginis atque domo Satanae Asurmejal".

k) I. 186. 18. ܪܘܚܐ ܩܪܬ ܠܚܡܪܐ ܘܩܪܬ ܐܣܛܪܘܬܐ ܘܬܩܢܬ ܠܠܛܒܐ ܕܟܠ ܓܘܢܐ ܘܓܘܢ ܓܘܢ ܘܙܢ ܙܢ „Spiritus provocavit Chimaeras, ut et pro- „vocavit Astartes, paravitque Larvas omnis generis et speciei".

l) I. 186. 10. ܪܘܚܐ ܚܟܝܡܬܐ ܒܚܟܡܬܗ ܩܪܬ ܠܚܡܪܐ ܘܩܪܬ ܐܣܛܪܘܬܐ ܕܡܢܗܘܢ ܩܝܡܝܢ ܒܟܠܗܘܢ ܡܥܒܕܐ ܘܡܫܬܪܝܢ ܒܡܫܬܪܝܬܐ ܕܥܠܡܐ ܘܬܫܒܘܚܬܗ ܠܡܘܠܕܐ ܩܪܬ ܬܡܢ ܒܥܠܡܐ ܚܕܐ ܡܠܬܐ ܡܫܘܚܬܐ ܕܡܠܬܐ ܬܡܢ ܘܩܪܬܐ ܬܡܢ „sagax pro sua calliditate Spiritus

Deæ, Sidoniis vicinisque gentibus cultæ, atque profanis Scriptoribus Venus Astarte dictæ: Plurali suo עשתרות *idola Astartes* Jud. 2, 13. 10, 6. 1 Sam. 7, 3. 4. c. 31, 10. obvio. Cujus autem etymologia venditata ab עשר *dives fuit* mihi displicet. Verisimilior עשת *nitidus fuit*, cum ר epenthetico, ut ܟܪܣܐ ab ܟܣܐ, ܟܘܪܣܐ ab ܟܘܣܐ. Quemadmodum hæc Dea etiam Arabibus ثرى a ثرا *splenduit*, *nituit*, vocata est. Ceterum nec video, cur ab עשת perinde עשתרת derivari possit, ac עשתנה derivatum fuit: interposita una literâ liquida pro altera.

ܚܝ ܝܘܫܪ *Usar haj* & ܚܝ ܦܬܚܐ *Fetah haj* duo Genii, qui nominati, ille ab H. יצר *idea*, *conceptus*, hic a ܦܬܚ *aperuit*, cum utriusque epitheto ܚܝ *vividus*, typumque Vitæ primum illi sustinentes, ab hac custodes Genio Javar præpositi fuerunt II. 228. 4. Iique indagantes Vitæ arcana, plantasque lucis serentes II. 28. 21.

ܙܝܘܐ ܝܘܫܪ (etiam a יצר *idea*, & ܙܝܘܐ *lux*) cognomen quoque Genii Aebel Zivo. Quo autem facultas sua inter-

---

„ita secum loquebatur: provocabo Chimaeras et Aschtar-
„tes; quibus accedent Septem Stellares, mei filii, per suas praesti-
„gias vim hostilem excitaturi; ut et insurgent praeter Arrogantes
„Duodecim Stellares, Diabolosque, quos totus mundus fugiet,
„etiam Quinque Stellares, fabricae mundanae principes, bellum
„conflaturi“.

pretandi futura præcipue insignita fuit. Schelmaj enim, unus Jordani (alter erat Nedbaj) custos, a Jatrun suo patre plures difficilesque quæstiones acceperat. Quibus etiam bene respondit. Quæ autem de fine mundi proposita fuerat, ea ejus intelligentiam superavit. Neque illius ponderi, nisi Genius memoratus hoc excepisset, satisfactum fuisset II. 42. 5. II. 44. 12.

ܐܪܡܘܬܐ vide ܕܡܘܬܐ.

ܐܪܛܠ *Artel* (scribe ܥܪܛܠ, Aramæe *nudavit, spoliavit*) nomen Genii, quo non alius fortior. Cui datum fuit, ut compagem universi convelleret: cœli terræque loco tantum superstite cum futuro m).

ܐܪܝܐ *Arjo* i. e. *Leo* Zodiacalis, animalium rapacium procreator *).

ܐܪܟܘܢܐ *Arkuni* Gr. *αρχοντες* (*ex αρχη principium, principatus*, forte ex روق *primordium pec. juventutis*, inde Ch. רוק *juvenis*) genus Dæmonum, qui vocati *Principes*, ut Judæis

m) II. 192. 5. ܐܪܛܠ ܢܦܩ ܪܒܐ ܒܟܠܐ ܡܢܗ ܕܫܘܠܡܗ ,,Exiit Ar-,,tel princeps: cujus ope consummatio mundi futura".

*) I. 232. 9. ܡܢ ܩܠܐ ܕܐܪܝܐ ܐܪܝܐ ܕܢܦܩ ܗܘܐ ܟܠܗ ܚܝܘܬܐ ܗܘܬ ܕܒܠܥܐ ܬܚܬܘܢ ܡܫܟܚܐ ܘܢܦܫܗ ܗܘܐ ܒܥܠܡܐ ,,voce, quam Leo pro-,,tulit, omnis bestia vorax, irruens in omne, quod animam traxe-,,rit, rugituque in mundo strepens, exstitit".

Sammael i. e. Diabolus שׂר העולם, & N. T. Scriptoribus ὁ αρχων τȣ κοσμȣ Joh. 12, 31. Eph. 2, 2. dictus est II. 195. 7.

ܐܘܪܘܣ *Urus* (ex Ch. אריס *conviva, comessator*, unde אירוס *species herbæ, cujus semen, ubi maturuit, sonum edit ut tintinnabulum*) cognomen Messiæ, quod cum suo epitheto ܡܫܒܚܐ redditum a me fuit *Tibicen blandus:* collatis sequentibus, ubi tibiis & cantilenis non modo homines, sed ipsas etiam bestias ad sui auditionem allecturus dicitur n). Sic & Mercurius, Nasaræorum Nebu & Messias, gymnasiarcha, cujusvis artis, sive ea corporis sive animi, magister, Deus facundiæ, princeps palæstræ, lyræque inventor Latinis celebratur.

ܐܘܬܪ̈ܐ *Utri* (ex יתר *superabundavit, excelluit*) appellati *Genii*, Naturæ *præstantes* & cœlestes, qui, procreata Vitâ Prima, procreati fuerunt *). Qui autem innumerabiles,

---

n) I. 112. 8. ܙܡܪ ܙܡܪܐ ܕܢܟ̈ܠܐ . ܘܡܙܡܪ ܘܡܩܒܠ ܐܝܕܐ ܘܢܫܒܚܠܗ ܠܠܒܗܘܢ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ – ܠܩܠܗ ܢܦܩܢ ܒܬܘ̈ܠܬܐ ܡܢ ܓܢܬܐ ܘܚܝܘܬܐ ܡܢ ܒܝܬ ܚܘܪ̈ܫܐ „saltabit ille carmen praestigiarum blandi-„tiarumque cantans, et, complosis manibus, cor filiorum hominis „captabit. Ejusque ad vocem filiae nubiles ex horto, et bestiae ex „virgultis in medium procedent".

*) I. 144. 6. ܡܢ ܡܝܐ ܚܝܐ ܚܝܐ ܗܘܝܢ ܘܗܘܘ ܒܬܪܟܢ ܟܠܗܘܢ ܐܘܬܪ̈ܐ ܗܘܘ „ex Aqua viva nos Vita (Prima, Secunda, et Tertia) "exstitimus: omnesque deinceps Genii exstiterunt".

alii ab aliis generati. Pluresque eorum, sicut Dæmonum ordines. Qui nominibus ܦܪܚܝ *Ferhi* (*Volucres*), ܡܐܢܐ *Mani* (*Species*), ܫܟܝܢܬܐ *Schekinoto* (*Majestates*), ܬܪܥܐ *Teræi* (*Portæ*), ܪܘܪܒܢܐ *Rurboni* (*Magnates*), ܡܠܐܟܐ *Malaki* (*Angeli*), ܡܠܟܐ *Malki* (*Reges*) &c. distincti. Qui vero in universum ܥܠܡܐ ܕܢܗܘܪܐ *Olmi di nehuro* (*Creaturæ lucis*), & ܒܢܐ ܕܢܗܘܪܐ *Beni di nehuro* (*Filii lucis*) appellari. Tamen non omnes dignitate æquales. Quippe qui primis originibus quo propiores, eo majores. Sparsique illi per varia mundi spatia, ut Regis lucis optimi administri, ita hujus maximi etiam laudatores sunt **).

ܒ

ܒܓܢ *Began* (ex Syr. ܒܘܓܢܐ *magnus primusque terrarum dominus*, & quidem, collato Ar. بكن *improbus & vilis*) cognominatus *Buro*, a *Namrus* i. e. *Spiritu* natus, nomineque *Ur* etiam cognitus; I. 160. 19. 162. 2. 8.

**) I. 18. 9. ܥܠܡܐ ܕܢܗܘܪܐ ܒܙܝܘܐ ܕܢܨܒܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܘܡܠܐܟܐ ܦܪܝܫܬܐ ܫܟܝܢܬܐ ܘܡܪܢܐ ܘܐܝܠܢܐ ܘܬܪܥܐ ܘܡܠܟܐ ܘܙܝܘܐ ܘܢܗܘܪܐ ܘܬܘܩܢܐ ܠܥܠܡܝܗܘܢ ܫܪܐ "sunt Creaturae lucis cum radiis nobilissi-„mis: quae divisae per Firmamenta, Gloriosasque Sedes et Arbo-„res: Geniosque et Reges" (duo haec nomina in nostra versione cum praecedentibus male conjuncta sunt) „splendor, lux, venustas „inhabitat".

qui, utcumque in carcerem missus & diligentiſſime custoditus o), ܡܪܐ ܕܥܠܡܗ ܟܠܗ *Dominus mundi totius*, sicut sua mater Spiritus ܐܡܐ ܕܗܢܐ ܥܠܡܐ *Mater hujus mundi*, salutari cupiit.

ܒܗܒܩ ܙܝܘܐ *Bebak Zivo* (ex H. בהק *albedo*, Ch. בהיק *splendens*, Syr. ܡܒܗܩ *fulgens*) vocatus Genius, qui ipse mundi condendi impotens, hoc opus Fetahili, auspice autem Gabriele, demandavit I. 176. 6; qui tamen superbiens, hunc ut suum filium Geniorumque se parentem ostentavit p).

ܒܗܝܪ *Behir* & ܒܗܪܘܢ *Behrun*, duo Genii, iique nominati ab H. בהיר *splendidus*, Ar. بهر *praecelluit splendore* pec. inter minores stellas; quos vero, simul cum Ze-

---

o) I. 162. 11. ܐܣܪܬܗ ܒܡܓܕܠܐ ܕܗܘܐ ܡܛܐ ܠܡܨܥܬ ܫܡܝܐ — ܐܝܟ ܕܥܒܕܬ ܫܒܥܐ ܫܘܪܐ ܕܦܪܙܠܐ ܕܗܘ ܢܚܕܪ ܠܟܠܗ ܡܫܪܝܬܗ ܘܒܫܘܪܐ ܕܐܣܪܬܗ ܢܛܘܪܐ ܐܩܝܡܬ ܥܠܘܗܝ „conclusi eum in turri, quae turris ad centrum „coeli pertingebat; sicut et, parato septemplici muro ferri, hoc „ipso cingendum omne ejus domicilium curavi, muroque, in quo „hunc concluseram, custodes praeposui".

p) II 232. 11. ܗܘܐ ܒܪܐ ܕܐܒܐ ܕܐܬܘܬܐ — ܒܪܐ ܩܪܝܗ — ܦܬܚܝܠ ܩܡ ܒܪܐ ܕܐܒܐ ܕܐܬܘܬܐ — ܒܪܐ ܩܪܝܗ quae male reddita sic, coll. I. 176. 6 seq., reddas: „erat filius Fetahil, quem pater Genio„rum Bahak Zivo gloriabundus suum vocaverat; qui filius, „quem suum pater hic Geniorum vocaverat, surrexit".

hir, Zehrun, Tar, Tarvan, Sar, Sarvan, Nesab, Anan Nesab, & Rabo Taljo apud Jurbo (Solem) versantes, hic de voce Vitæ in orbe terrestri audita sciscitatus tonare cœpit II. 78. 2: monente tum Aebel Zivo, illius nuntio, ne terricolæ inde commoti timerent q).

ܒܗܪܡ *Behram*, nomen, origine a proxime memorato non diversum. Idque Genii, qui etiam Magister Vitæ cognominatus, facem sapientiæ animis ad locum lucis prætulit II. 276. 3. Sicut &, quod suæ familiæ fuit, compositis septem aut octo precum formulis nobilitatum est III. 62. 17.

ܒܘܪܐ *Buro* (i. q. H. פעור Num. 25, 18. 31, 16. Jos. 22, 17. Deaster, in monte ejusdem nominis cultus Num. 23, 28, etiam בעל פעור vocatus Num. 25, 3. 5. Deut. 4, 3. Ps. 106. 28. Hos. 9, 10.) Apostata I. 160. 19., nominibus etiam *Began* & *Ur* (de quibus supra) atque *Karabtono* s. *Karaftono* (ex Syr. ܩܪܒܬܢܐ *belliger*) cognitus I. 178. 8. I. 180. 20; qui, mundo a Fetahil creato, commotus inde vehementer, suoque in carcere strepens,

q) II. 78. 4. ܒܟܠ ܐܡܬ ܕܢܗܘܐ ܩܪܒܐ ܒܪܩܐ ܕܢܘܗܪܐ ܘܐܐܪ ܐܘܐܐ ܒܟܒܟܒܐ ܬܬܟܠܝ ܐܬܘܢ ܒܐܘܪܟܘܢ ܒܪܩܝܐ ܘܐܬܐܬ ܘܡܬܟܐ ܗܘܢܐ ܒܝܬܗ ܕܪܩܝܥܐ ܘܐܬܘܢ ܗܢܘܢ ܠܐ ܬܕܚܠܘܢ „quocumque tempore certaminis „fulgur lucis, aërisque vehementior motus in mundo exstiterit, ani„mum advertite; neque, ubi signa haec et indicia Jurbo in fir„mamento ostenderit, timeatis".

sed fune septemplici de integro vinctus, atque involucris duodecim circumdatus fuit I. 170. 5. Spiritui tamen, suæ matri, filiæ, & sorori, concubuit: edito inde triplici partu, Septem Stellaribus, Duodecim Stellaribus, & Quinque Stellaribus I. 178. 8. 180. 4. 20. Cujus autem nomine appellati sunt etiam sui Angeli mali, exitium mundo machinantes r). Inclinat vero animus, ut credam, ab Indianorum Puru, quem eorum Budha (i. e. Nasaræorum Nebu) ab amasia quadam suscepit, hunc non differre (System. Brahm. p. 63).

ܒܘܢ ܦܬܐ *Bun Ftio* (scribe ܒܥܘܢ ܦܬܝܚܐ, ex H. בעון Num. 32. 3. contr. ex בית מעון Jer. 48. 23. *Fanum* pec. Baalis Jos. 13, 17. Num. 32, 38. Hez. 25, 9. 1 Chr. 5. 8, & ex ܦܬܚ *aperuit*) appellatum cœli templum, quo aperto, radianteque ejus splendore viso, Anusch, cœlicola, supra solem & sidera evectus, magnopere obstupuit s). Facile vero quis dubitaverit, annon hocce vocabulum ܦܬܐ *Ftio*

r) I. 152. 11. ܒܘܪ̈ܐ ܡܪ̈ܕܐ ܕܚܫܘܟܐ — ܟܕ ܒܝܫܬܐ ܡܬܡܫܦܝܢ — ܘܙܝܢܐ ܢܦܚܝܢ ܘܥܠ ܛܒܬܐ ܠܒܝܫܬܐ ܡܬܡܠܟܝܢ ,,Buri rebelles ii caliginis — ,,malum anhelantes, arma conflantes, bonisque male consulentes".

s) II. 182. 8. ܢܫܡܬܐ ܠܥܠ ܒܝܢ ܚܙܝܬܐ ܘܐܬܦܬܚ ܠܒܝܬ ܫܡܫܐ ܘܣܗܪܐ ܢܗܝܪܐ ܘܐܢܫ — (lege ܒܥܘܢ ܦܬܝܚܐ) ܒܘܢ ܦܬܐ ܕܢܘܪܐ ܢܘܪܐ ܢܦܩ ܡܢ ܒܝܬ ܗܘܐ ܘܐܬܪܥܘܡ ܡܢ ܫܡܫܐ ܘܣܗܪܐ ܘܒܟܠ ܫܘܦܪܗ ܘܬܡܗ ܣܓܝ ܘܐܬܟܢܥ ܒܥܝܢܘܗܝ ,,Demittendo oculos,

cognationem aliquam habeat cum *Fatua*, bona Dea, cui nomen est Macrob. L. I. Saturn. c. 12, aut cum Pythio, Apollinis cognomine, a لقن *edocuit, responsum dedit*, forsitan orto. Quod tamen ut incompertum in medium relinquam.

ܒܝܘܙܝܩ *Bajvazik* (ex Aram. בזק *sparsit semen*, Ar. بزق s. بسق *ejecit salivam*) appellatæ (ܠܝܠܝܬܐ) *Chimæræ*, a Luna oriundæ Deastræ, quæ viros feminasque, nullo sexus discrimine facto, constuprantes, etiam nefanda libidinis cibaria eis locant; & quæ ideo ܡܝܐ ܣܘܦܝ *Sojfi-me* (ex ܣܦ *consumsit*, & ܡܝܐ *aqua, humor*) *Consumentes sui humoris* vitalis etiam vocatæ fuerunt t).

ܒܠ *Bel* (scribe ܒܠ, ex בעל ctr. בל Jes. 46. 1; Βααλ Rom. 11. 4, *Belus* Babyloniorum & Persarum, La-

---

,,sublatis vero superciliis, contemplans vidi portam magnam Templi ,,in coelo aperti: cujus autem splendore viso, statura mea tre- ,,muit, meisque pedibus titubantibus, nec poplitibus sat firmis, co- ,,ram illo prostratus cecidi".

t) II. 98. 21. [illegible] ,,Chimaerae exsecrabiles et foedae, feminas, ,,viros invadentes, sacrificulo, ipsis duce constituto, concumbunt, et, ,,semine effuso, eoque cum placenta cocto et sumto, apprehenden- ,,tes funem, se id arcanum non divulgaturos, mutuo jurant.

tinis Jupiter dictus Plin. l. 6. c. 26). *Jupiter*, Septem-Stellaris, auctor perniciosæ alluviei u), sævique imperii conditor; tamen non impune, sublata ipsi frontis suæ gloriâ & coronâ, genteque sui cultrice flagris cæsa x). De ipso autem Jovis cultu sic Muhammed Abi Taleb y): *Tem-*

---

u) I. 212. 5. ܠܒܝܠ (lege ܠܒܝܠܐ) ܠܫܒܝܚܝܗ ܐܪܙܐ ܕܡܝܐ ܕܒܗ ܡܫܬܒܗܪ ܠܟܠܗܘܢ ܒܪܝܬܐ — ܘܠܛܒܝܗ ܠܡܥܒܕ ܒܝܫ „tribuerunt „Septem Stellari Bel aquae arcanum, cujus ope jactans ille „omnes creaturas, bonis etiam male faceret“.

x) I. 224. 6. ܠܒܝܠ ܒܡܚܐܬܐ ܡܫܟܬܗ ܘܬܓܐ ܕܡܢ ܪܫܗ ܫܩܠܬ — ܩܘܡܬܗ — ܡܘܡܐ ܒܡܫܟܢܬܗ „multavi Septem—Stellarem „Bel scutica, coronâque sui capitis sublata, staturam ipsius macula „affeci. I. 228. 18: ܡܚܬܐ ܕܢܘܪܐ ܕܫܒܝܚܐ ܘܬܠܝܢ ܠܐܣܝܪܝܗ ܠܐ ܚܙܝ ܢܗܘܪܐ „caedendi flagris ignis, qui asseclae Jovis adstrin-„gunt vinculis et suspendunt: neque ii locum lucis visuri“.

y) هيكل المشتري هو مثلث الشكل واعلاه محدد مبني بالحجارة الخضر المسنية وهو مدهون الجدران دهانا اخضر وستوره حرير اخضر وفي وسطه مقعد فوق ثماني درج وعليه صنم من القصدير وله سدنة لا يزالون في تعبد فاذا كان يوم الخميس ويكون المشتري في شرفه اتوه الصابيون وهم لابسون الاخضر بايديهم اغصان من السرو وقد تقلدوا بقلايد من جوز السرو ويكون معهم صبي رضيع يكونون قد اشتروا جارية ووطيها سدنة الهيكل وحملت ووضعت صبيا فياتون بها وبه

plum Jovis trigonum, coniferum, saxo viridis coloris, quo ejus velamina etiam illita fuerunt, structum: eoque in medio solium octo graduum: cui & idolum, stanno fictum, impositum, suique custodibus diligentissime cultum. Quo autem loci, quinto die hebdomadis, ubi Stella Jovis verticem cœli contigit, a Sabiis concursum est. Vestemque coloris etiam viridis, atque manu ramulum cupressi, sed in collo ex juglantibus hujus arboris monile, gerere ut moris, ita puerum quoque lactentem, eumque emtæ ancillæ, ab excubitoribus templi compressæ, secum ducere, pietatis fuit. Qui vero filius, tres modo dies natus, hærensque in sinu suæ matris, punctim usque ad mortem petitus est, Deastro his verbis compellato: quem tibi, Pater optime, obtulimus, est innocens. omnisque mali nescius; quod adeo piaculum propitius accipias, nobisque, quicquid profuturum sit, benigne largiaris.

[illegible] *Besilat* (ex بسل *obiit, circumiit hostem, latus ejus petens*, inde *illicitum, nefas commisit*, cogn. Ch.

بعد ثلاثة ايام من وضعها ويحسونه بالابر وهو على يديها حتى يموت ويقولون ايها الرب الخير قربنا اليك من لا يعرف الشر فتقبل قرباننا وارزقنا خيرك وخير ارواحك الخيرة ❖

ܒ

פסל *adulteravit*, *vitiavit*, *corrupit*) nomen Feminæ, præstigiis famosæ & callidæ z).

ܒܪܒܓ *Barbag* & ܥܢܢ ܢܨܝܒ *Anan nesib* duo Genii, qui appellati, ille (ex ܒܪ *filius*, & Syr. ܒܓܐ *hortus*, unde Turc. باغ id.) *Hortulanus*, quem Dominus celsitudinis 144 Geniorum habitaculis, ad suam dextram conditis, imposuerat, hic (ex Ch. ענן *turma* & נציב *præsidium militare*) *Manipularis*, quem idem 366 Geniorum habitaculis ad suam sinistram præfecerat. Nominatique adhæc illi, unus ܥܙܐܙܝܠ *Azazil* (ex עזיז & איל) *Fortissimus*, alter ܬܐܘܪܝܠ *Tauril* (ex Ch. תור & איל) *Vigilantissimus*. Titulo autem communi ܡܢܝ (ex Ch. מני) *Præfecti* hi cogniti I. 240. 19. Quorum vero Tavril aquam vivam in eam, quæ amara & abyssi, ut hæc dulcesceret, ducere jussus est II. 176. 1. Neque hic a Javar s. Sam Semir Zivo diversus II. 226. 18. Tamen hic cum Tavril, cujus mundum Aebel Zivo i. e. Javar adiit & collustravit, non confundendus videtur II. 250. 7.

---

z) I. 184. 10. ܟܢܫܐ ܕܣ̈ܛܢܐ ܡܠܝܐ ܚܪܫܘܬܐ ܡܠܝܐ ܚܪ̈ܫܐ ܟܠܗ ܚܪܫܘܬܐ ܡܠܝܐ ܟܡܐ ܡܠܝܐ ܚܪ̈ܫܐ ܒܣܝܪܠܬ ܢܩܒܬܐ ܚܪ̈ܫܬܐ „agmen Apostatarum, plenum calliditate, plenum praestigiis, totum „calliditate plenum, in quantum plena praestigiis est Besilat, fe- „na praestigiatrix“.

ܒܪܓܘܕܐ *Bergudo* II. 58. 21. idem qui ܕܠܝܐ ܒܪܓܘܕܐ *Daljo Bergudo* I. 184. 6. (ex Syr. ܕܠܝܐ *germen, virgultum*, quod a ܕܠܐ *demissa in puteum urnâ aquam sursum eduxit*, & ܒܪ ܓܘܕܐ *filius littoris, ripa*) nomen Genii, qui, orbe terrarum concreto, cœloque post hujus coagulationem expanso, velut virgultum ex aqua sursum in ejus verticem, ipsi paratum sublime solium, se extulit a); & quem Dominum quoque veritatis appellatum non modo Denanukt (i. e. Noach), domicilii quod Vita tenebat portâ aperta, vidit II. 58. 21., sed etiam Schelmaj, Jordani quem Vita illa tenebat custos, recluso hujus per radios splendoris, justitiæ claves, armario, Adami filio Schetel monstravit III. 136. 11.

ܒܬܠܝܐ *Betaljo* (ex Syr. ܒܬܠ *devirginavit, vitiavit*) appellatus etiam unus ex iis Apostatis, qui, cœlo a Fetahil evecto, acti invidia, fornicatum hoc opus corrupturi, cursu præcipites id petierunt I. 184. 15.

---

a) I. 184. 4. ܐܦܪܐ ܕܢܦܠ ܒܟܦܝܦܘܬ ܒܟܠܗܘܢ ܝܡܡܐ ܘܐܬܪܨܦܘܢ ܒܟܝܦܐ ܒܟܠܗܘܢ ܗܘܐ ܡܫܬܒܩܐ ܘܐܬܡܫܪܝܬ ܡܫܪܘܬܐ ܘܥܒܕܬ ܒܟܠ ܘܕܠܝܐ ܒܪ ܓܘܕܐ ܣܠܩ ܘܡܛܐ ܒܠܒܗ ܕܫܡܝܐ „casu pulveris plene obstructis omnium marium faucibus, composito etiam in tranquillum quovis gurgite, undanteque t a r t a r i mole in siccum concreta, ascendit Daljo bar Gudo, centrumque coeli attigit“.

ܓ

ܓ

ܓܘܒܪܢ *Gubran* & ܓܘܒܢ *Guban*, duo Genii, qui nominati, ille a גבר *validus*, *potens*, hic ab H. גב, Ch. גיב *altitudo*, *eminentia*, Ar. جب *superavit* virtute, una cum ܟܢܦܢ *Kanfan*, ex כנף *cinxit*, & ܟܦܢ *Kafan*, ex כף *clausit*, sæpto, quo Ur rex caliginis tenebatur, animum a septentrione adverterent I. 308. 4.

ܓܒܪܝܠ *Gabril* (H. גבריאל i. e., vi compositionis, Angelus, *cui est robur divinum*) Genius, etiam vocatus Aebel Zivo & Mando dibeje (de quo infra) I. 22. 17. I. 236. 11; qui a Deo, ubi ipsi placuerat, in mundum caliginis missus, itinere in tartara suscepto, undantem ejus molem adspergine ignis vivi in orbem terrestrem coagularet b). Sed administer tanti operis Fetahil assumtus fuit c). Qui autem impulsu Septem Stellarium traductus

---

b) I. 22. 18. ܟܕ ܨܒܐ ܡܠܟܐ ܪܡܐ ܕܢܗܘܪܐ ܡܢ ܙܝܘܐ ܘܢܗܘܪܐ ܐܝܟܐ ܕܗܘ ܡܬܗܦܟ ܩܪܝܢܝ ܘܐܡܪ ܠܝ ܫܩܘܠ ܐܘܪܚܐ ܠܥܠܡܐ ܕܚܫܘܟܐ „cum Regi „altissimo lucis libuisset, ex splendore et luce, ubi ille versans, me „vocavit, his verbis: suscipiens iter, te in mundum caliginis con„feras".

c) I. 176. 14. ܐܡܪ ܠܗ - ܚܘܬ ܠܐܬܪܐ ܕܡܫܟܢܐ ܘܒܪܝܬܐ ܠܝܬ ܒܗ ܘܥܠܡܐ ܒܪܝ ܘܬܩܢ ܠܥܠܡܐ „(Gabriel) ei dixit: descende in locum, ha„bitaculis et creaturis carentem, mundumque procreando compone".

id non perfecit. Ultimamque ei limam addere Aebel Zivo i. e. Gabriel jussus est d). Redditur hinc probe ratio duplicis, cujus mentio sæpius injecta est, creationis e); sicut &, cur Gabriel cœlum extulisse dicatur (Præf. T. I. p. VIII), facile intelligetur.

ܓܕܝܐ *Gadjo* (Syr. ܓܕܝܐ) *Capricornus* Zodiacalis, bestiæ cujusque aliferæ & pestiferæ parens *).

ܓܕܘܠܬܢܐ *Gedultone* (ex גדל *contorsit* filum, funem, unde ܓܕܘܠܐ *cincinni*, & ܓܕܘܠܬܐ *cincinnata*), quod c. c.

---

d) II. 314. 18. ܒܐܣܘܪܐ ܪܒܐ ܐܝܬ ܐܬܐܣܪܗ ܘܫܕܪܘܗ ܠܗܒܠ ܙܝܘܐ ܕܦܬܐܗܝܠ ܕܢܬܩܢܝܗ ܠܥܠܡܐ ܥܒܝܕܬܐ ܕܦܬܐܗܝܠ ܫܪܝܗ ܘܠܐ ܫܠܡܗ ܕܢܬܩܢܝܗ „ubi magnum in carcerem Fetahil conditus fuerat, missus „est Aebel Zivo, qui hunc mundum adornaret, opera, quae Fetahil „coeperat, ad finem vero non perduxerat, adornaturus“.

e) I. 24. 16. ܐܬܐ ܓܒܪܝܐܝܠ ܫܠܝܚܐ ܥܒܝܕܬܐ ܕܦܬܐܗܝܠ ܫܪܝܗ ܘܫܡܝܐ ܐܪܡܝܗ ܘܡܬܚܗ ܘܐܪܩܐ ܩܦܝܗ ܘܬܩܢܝܗ „venit Gabriel legatus, opusque a Fetahil inchoatum, scil. coelum evexit protenditque, atque orbem terrestrem coagulavit et concinnavit. Idemque erit sensus etiam alibi, ubi conditor mundi Gabriel celebratur.

*) I. 232. 18. ܡܢ ܩܠܗ ܕܓܕܝܐ ܕܗܘܐ ܐܡܪ ܗܘܐ ܟܠ ܚܝܘܬܐ ܗܘܐ ܗܘܐ ܚܝܘܬܐ ܓܦܢܝܬܐ ܕܡܢ ܟܠ ܓܢܣܐ ܒܝܫܐ „Voce, „quam Capricornus protulit, omnis bestia fera exstitit, exstitit be-„stia fera alata, quae aliti generis pessima et deterrima est“.

[illegible] II. 196. 8.; *Cincinnati Satanæ.* Quemadmodum Spiritui etiam capitis hic honor tribuitur f).

ܓܝܘ *Giv*, princeps caliginis I. 264. 10. nominatus ex H. גו *corpus*, Ch. גון *corpolentus*, ut Karkum Turo, ejus frater I. 268. 1, [illegible] *Carnosus* I. 264. 16 cognominatus: quem Aebel Zivo, orcum invisurus, etiam adiit, accepto ab ejus fratre memorato diplomate, cui in sui tutamen hujus sigillum cum nomine caliginis impressum erat g).

[illegible] *Ganzebro* (ex Aram. גנזברא *thesaurarius*, Talm. גזברין *pecuniis publicis ecclesiæ præfecti*, Nas. inde corruptum [illegible] *Præsul* vide Lex.) titulus, quo plures cogniti: 1:o, Juro i. e. Rex lucis III. 44. 2; 2:o Jurbo

---

f) I. 182. 13. [illegible] (legendum videtur ut mox [illegible]) „(Spiritus), manu capiti injecta, comam „capitis diruit". Hinc vero annon Clotho, una trium Parcarum, quae nendo vitam duxisse fingitur, etiam sui appellationem (literis cognatis γ et κ, δ et θ permutatis) traxerit, facile quis quaesierit.

g) I. 266. 19. [illegible] „obtulit mihi, cui nomen caliginis in„scriptum erat, diploma, dicens: ecce tibi hoc dedi, ut creaturis

i. e. Sol. III. 60. 19; 3:o Mando diheje i. e. Nuntius Vitæ I. 250. 8. 11; 4:o. Javar Kebar, qui item vocatus, non modo Planta, a Mano, Demuto & Vita sata, atque Imago, in eorum fornace fusa I. 250. 14 seq., sed etiam pater, filius, & frater Nuntii Vitæ, etsi ille ab hoc non diversus I. 252. 3 sq; & qui, comitantibus Schetel & Anusch, tartara & regna, ad Zartaj Zartanaj, Hag & Mag, Gaf & Gafan, Anatan & Kin, atque Schedun & Giv pertinentia, petiit I. 250. 11; 5:o Præsul Nasaræorum III. 100. 1. 116. 16. Cfr. Kæmpf. Amœnit. Exot. p. 445.

ܓܐܦ *Gaf* (mendose ܓܦ I. 258. 17) & ܓܐܦܢ *Gafan*, duo principes caliginis, qui nominati, ille, quem patrem Ur dominus caliginis habuit I. 236. 16, a גפף Ar. *desiccatus fuit, exaruit*, Syr. *eminuit*, unde Ch. גף *ripa*, ab aqua exstans ora, hic a Syr. ܩܦܐ Etpe. *coagulatus, condensatus est*: iique ex Aqua Nigra h), ut Kin, do-

„omnibus, te visuris, id cum suo sigillo in tui securitatem, „ostendas".

h) I. 258. 15. [illegible] „exstiterunt ex fonte aquae nigrae, „volventis, reverberatae, spumantis, nec ollis turgentibus ebullienti- „bus, ferventibusque dissimilis".

mina & mater caliginis i), ejusque maritus Anatan, belliger caliginis, originem adepti sunt k).

ܕ

ܕܘܠܐ *Davlo* (ex ܕܘܠܐ *urna ad hauriendum aquam*) *Aquarius* Zodiacalis, ortæ omnis diluvione stragis auctor *).

ܕܝܘܐ *Dajvi*, Gr. Δαιμωνες, nomen nacti ex Syr. ܕܝܘܐ *Dæmon*, Pers. ديو id., sed proprie *fungus terræ niger*, *hirudo*, unde H. דיו, Syr. ܕܝܘܬܐ *atramentum*, cogn. Ch. דהה *obscurus fuit*, metaph. *infelix fuit*, ut Lat. *atra dies* pro *infausta*, & *atra signa* pro *infaustis*. Iique genere & actione differentes. Qui Solis, luxu & avaritia l), qui Ve.

---

i) I. 260. 12. ܝܒܫܬ ܗܘܬ ܡܢ ܡܝܐ ܐܘܟܡܐ ܥܟܝܪܐ ܘܪܬܝܚܐ [ܡܣܬܚܦܐ] ܚܒܝܠܐ ܐܟܠܐ ,,exsiccata ea fuerat ex aqua nigra, conturbata, reverberata, ,,corrupta, mutuoque voraci".

k) I. 268. 14. ܥܝܢܐ ܕܡܢܗ ܝܒܫܘ ܗܘܘ ܥܢܬܢ ܘܟܝܢ ܡܝܐ ܐܘܟܡܐ ܗܘܐ ܘܡܪܝܪܐ ܘܓܠܝܕܐ ܪܡܝܢ ܒܗ ܠܥܝܢܐ ܘܛܐܦܝܢ ܗܘܘ ,,fons, unde Anatan et Kin exsiccati fuerant, erat aquae nigrae ,,et amarae: pruinis quoque in illum fontem projectis, ibique flu- ,,itantibus".

*) ܩܠܐ ܕܘܠܐ ܕܦܠܛ ܗܘܬ ܒܗ ܗܦܘܟܝܐ ܗܘܐ ܒܗ ܐܒܕܢܐ ܘܒܨܝܪܘܬܐ ,,voce, quam Aquarius protulit, subversio exstitit, qua jactura et de- ,,fectus exstitit".

l) I. 54. 6. ܕܫܡܫܐ ܡܫܟܢܐ ܘܪܓܬܐ ܚܡܝܪܐ ܕܡܫܬܡܥܝܢ ܠܩܘܒܠ ܪܚܡܝ ܡܫܝܚܐ ܘܠܐ ܡܚܣܪܝܢ ܠܟܠܟܠܢܐ ܡܫܬܘܝܢ ܘܟܠܗܘܢ ܐܢܫܐ

neris, voluptate & lascivia m), qui Mercurii, vitio imbecilli animi & superstitione n), qui Saturni, luctu & squalore o), qui Jovis, aucupatione gloriæ & ambitione p), &

,,tribuentes hi aurum, argentum, lucrumque ventris sui cultoribus, ,,atque nuntiis in mundum missis, efficient, ut Solem Lunamque ,,filii hominis adorent".

m) I. 54. 8. ܘܦܬܝܪܐ ܩܡܝܢܐ ܘܡܣܟܝܢܐ ܘܐܢܬܘܬܐ ܦܪܝܐ ܙܘܪܐ ܫܓܝܐ ܐܢܫܐ ܒܢܐ ܠܠ ܦܪܫܝ ܡܙܡܪܐ ,,insaniam, adulterium, lasciviam, im- ,,pudicitiam, libidinem, cupidinem, cantumque fascinantem filiis ,,hominis hi injicientes". I. 98. 7. ܐܦܢܐ ܘܩܘܡܪܐ ܘܡܣܟܝܢܐ ܘܢܦܩܝ ܡܟܕܡܝܘܢ ܕܒܢܝ ܠܒܐ ܐܢܫܐ ܘܡܟܠܠܬܐ ܡܙܡܪܬܐ ܘܪܩܕܐ ܡܙܡܪܐ ܦܪܫܝ ܒܘܣܐ ܘܐܦܝܪܬܐ ܕܟܪܝܬܐ ܫܡܫܝܢܐ ܘܡܠܟܬܐ ܘܐܠܗܐ ܘܢܦܫܐ ܘܢܣܒܐ ܘܢܡܣܐ (Daemones illi) ,,cantilenam, saltationem et libidinem cordi ho- ,,num injicient : atque eos Larvae veneficae Daemonesque venefici, ,,loca montosa et edita tenentes, in deserta seducent, et pollutionis ,,ac menstrualis sanguinis cupidos reddent".

n) I. 54. 13. ܟܣܝܐ ܦܓܪܐ ܘܡܫܬܪܐ ܪܘܚܐ ܘܢܦܫܬܐ ܕܩܒܠܝܗܘܢ ܠܡܩܒܠܝܢ – ܗܘ ܒܢܘܪܐ ܡܬܚܙܐ ܠܡܣܓܕܢܝܗܘܢ ܠܡܣܓܕܢܝܬܐ ,,obsidentes hi cor- ,,pora, eorumque, qui illos non exceperint, spiritus et animas iidem ,,stringentes. Ille sui cultoribus et cultricibus in igne apparebit".

o) I. 54. 17. ܢܘܚܐ ܒܟܝܬܐ ܘܟܘܡܪܬܐ ܪܡܝܢ ܒܠܒܝܗܘܢ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ,,planctum, fletum, et squalorem cordibus filiorum hominis ,,ii afferentes".

p) I. 228. 14. ܡܢܗ ܗܘ ܦܝܫܝܢ ܫܠܝܛܢܐ ܘܡܪܘܬܐ ܕܥܠ ܬܒܝܠ ܫܠܝܛܝܢ ܕܪܘܓܙܐ ܘܒܟܠ ܝܘܡ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܡܪܘܬܐ ܝܬܒܝܢ ,,ab illo Jove ori- ,,undi principes et dominatores, qui irae in orbe imperantes, et ,,indies in throno tyrannidis sedentes".

qui Martis, vi & tyrannide q), hi omnes generi humano magnopere pestiferi memorantur.

Din (ex דין *judicavit*) nominatus Genius, sed cognominatus [illegible] i. e. *Rex Genius momentorum* (pro male versis *Rex Genius Choros ducentium* II. 50. 9. Vide Lexic.), utpote temporis spatiique omnis, annui, menstrui, diurni, nocturni, solis lunæque cursu definiti, æstimator & præses; qui Denanukt i. e. Noachum, inter aquas superiores & inferiores pendentem, ab uno corpore in alterum, ab una caliginis custodia in alteram, ventis singulatim, conjunctim ipsi opitulantibus, per plures vices duxit II. 50. 9. 16.

(scribe [illegible]) *Dizaj Zuto* (ex Syr. [illegible] *germen* & [illegible] *parvulus*) vocatus filius, quem Denanukt habuit, quem vero arcani, quod cœli, curiosum r), hic primum igne frixit, deinde in aquam immersit, & tandem a diluculis matutini temporis ad vespertini crepuscula transtulit II. 50. 1.

---

q) I. 54. 19. [illegible] „exeuntes hi, facto impetu, filios hominis, eorum„que carne lacerata, item sanguinem effundentes".

r) II. 46. 6. [illegible] vertenda: „inquirens ille; cujus vero „negotia sublimia, et verba subtilia; quippe in res altissimas ille „inquirens. Vide Lex. sub [illegible].

ܕܠܬ

ܕܡܘܬܐ *Demuto*, ܐܪܗܡܬܐ *Arhamto*, & ܨܐܘܬܐ (scribe ܨܘܬܐ) *Sauto*, tres Genii, qui nominati, ille ab H. דמה, Ch. דמו, *similitudo, imago*, iste a רחם *mollis, tenero affectu, fuit, amavit*, hic a צות Aram. *conjunxit, sociavit, conversatus est*; quibusque, ut uno primum custode, deinde liberatore, sic altero consiliario, & tertio socio Adam uteretur s).

ܕܢܢܘܟܬ *Denanukt* (ex دانوخ *sapiens, intelligens*, coll. دانوج *vento agitatus*) appellatus Noach, secundis, adversis juxta famosus, sapiens scriba Oeconomi mundani Schelmaj, sed volventibus diluvii fluctibus huc & illuc, sursum & deorsum jactatus II. 44. 19. Quod vero nomen hujus verum esse, id documento est, quod suæ uxoris Nurajto t), ipsi nominatim junctæ I. 52. 7. I. 96. 2, fuit.

ܗ

ܗܓ *Hag* & ܡܓ *Mag*, duo Aeones caliginis, ceteris omnibus ejus incolis veneficio præcellentes I. 258. 7: ducto utriusque nomine, illius ab הגה *mussitavit*, ܗܓܝܐ

s) II. 290. 6. — ܫܕܪܘ ܠܝ ܕܡܘܬܐ ܡܛܪܬܐ ܕܢܛܪܐܠܝ ܒܟܣܝܐ — ܐܪܗܡܬܐ ܕܢܗܘܘܢ ܒܪܚܡܝ — ܨܘܬܐ ܕܒܣܝܡܬܐ ܕܐܫܬܥܝܐ ܠܒܣܝܡܬܐ

„miserunt ad me Demuto vigilem, qui me in secreto servaret, Ar-„hamto, qui in meis amicis versaretur, et Sauto, qui jucun-„dus mecum familiarissime loqueretur“.

t) II. 58. 12. ܩܡ ܕܢܢܘܟܬ ܘܩܪܝܗ ܠܐܢܬܬܗ ܢܘܪܝܬܐ „surrexit De-„nanukt, suamque uxorem Nurajto vocavit“.

subsannavit, unde ܡܓܚ *cavillator*, sicut ܐܟܠܩܪܨܐ *calumniator*, epitheton Diaboli; hujus a מג Jer. 39. 3, Pers. مغ, Gr. μαγος *sapiens*, rerum divinarum humanarumque peritus, sed abusu suæ sollertiæ *præstigiator*, *veneficus*, *magicæ artis intelligens*. Act. 13. 6. 8.

ܗܡܓܝ ܙܝܘܐ *Hamgaj Zivo* & ܗܡܓܓܐ ܙܝܘܐ *Hamgago Zivo*, duo Genii, ille filius, cujus prænomen scribe ܢܡܓܝ ex Syr. ܚܓܐ *celebravit festum*, hic pater, cujus prænomen scribe ܢܡܓܓ ex H. חגג id. notione II. 266. 5. Quorumque priori injunctum fuit, ut velatus nube, septemque mysteriis munitus, litigosum Jurbo (Solem) subjugaret, animisque hominum adversus obscura Septem, Duodecim & Quinque Stellarium molimina firmatis, extolleret in cœlum Nasaræos, veræ pietatis constantes u), ejus vero inconstantes in tartara detruderet x).

ܗܝܡܘܢ *Himun* probabiliter idem quod H. המון Hez. 30. 15. s. אמון Jerem. 52. 15, nomen, & quidem, Herodoto interprete in Euterpe, *Jovis*, sed auctore Plutarcho

---

u) II. 268. 8. ܢܣܩܘܢ ܠܐܬܪ ܢܗܘܪܐ ܒܐܐܪ ܓܪܒܝܐ ܢܗܘܘܢ ܡܬܟܪܟܝܢ „ascendent in locum lucis, in aëre septentrionali gyrum acturi".

x) II. 268. 18. ܢܬܟܪܟܘܢ ܒܝܘܪܕܢܐ ܕܫܒܥܐ ܘܒܡܢܬܐ ܕܫܒܥܐ ܢܗܘܘܢ „agent gyrum in Jordanis (i. e. fluviis) Septem Stellarium, portioni „Septem Stellarium futuri".

ܗ

in Iside, *occultatum* significans, quasi ab origine עמם *operuit, abscondidit;* quamvis, me judice, verisimilior hac fuerit حمى *fovit* calore, *tuitus est contra malum;* quo sensu non alius Deo auspici congruentior; nisi originem, quam vero noluerim, חמן *simulacrum solis* existimatum, malueris. Quo autem nomine Nasaræis cognitus quidam princeps caliginis, isque potens, & cujus ad regnum quoque Denanukt vi tempestatum delatus fuit; sed ad libidinem maxime hic projectus y).

ܘ

ܙܝܗܢ *Zihan* & ܙܗܙܝܗܢ *Zehazihan*, duo Genii, nominati, ille ab Aram. & Ar. זהא *splenduit*, hic ab eodem geminato, vocatique ob speciem sui splendoris *Balaustini*, neque hi τῳ Jurbo (Soli) concordes *).

ܙܗܝܪ *Zehir* & ܙܗܪܘܢ *Zehrun*, duo Genii, a זהר pr. *splenduit*, impr. *commonefecit*, nominati, & cum Jurbo

---

y) II. 52. 17. ܐܩܡܘܗ ܗܘ ܫܒܠܐ ܒܠ ܡܛܪܬܐ ܕܗܝܡܘܢ ܕܐܠܦܐ ܐܠܦܐ ܐܠܦܐ ܩܝܡܝܢ ܩܕܡܘܗ ܘܪܒܘܢ ܪܒܘܢ ܕܙܢܝܬܐ ܡܫܡܫܐܠܗ „consti„tuerunt eum sablatum (venti) in custodia τȣ Himun, cui mil„lia millia (satellitum) coram eo stantium, et myriades myri„ades scortorum serviebant".

*) II. 76. 21. ܬܪܝܢ ܬܕܢܐ ܕܢܗܘܪܐ ܕܬܪܝܨܠܗ ܒܪܝܫܗ „illi duo „Balaustia lucis, capiti ipsius Jurbo insidentia".

(Sole), superbo Vitæ æmulo, tonante fulguranteque, disputantes (Vide ܒܗܪ & ܒܗܪܘܢ). Quorum vero posterior etiam appellatus est, non modo ܓܦܢܐ *Vitis*, in regione τ8 Sam Zivo vigens II. 280. 9, sed & ܙܗܝܪ ܘܣܡܝܪ ܙܝܘܐ *Illustris & perennis Splendor*, atque ܡܣܡܪܢܐ *Confirmans* I. 238. 13. II. 278. 18, (ex סמר *clavo firmavit, fixit*), qui alios Genios rar sicut vites claviculæ complectens, ne errent caducæ, fulciret. Commune tamen fuit nomen Zehrun Geniis Adatan & Jadatan, item sex aliis, scil. Schetel, Anusch, Schelmaj, Nedbaj, Adakas Mano, & Razo Rebo II. 238. 15; quorum fuit, ut etiam cœlicolas, terricolas, sicut pampini in vitibus, ne ferantur in humum projecti, impedirent.

ܙܗܪܝܐܝܠ *Zahril* appellata filia, a principibus abyssi Gaf & Kin nata, tamen formosissima, nomenque a זהר *splenduit* & אל *Deus* adepta, ludibrio autem Genio Aebel Zivo, qui spem connubii ei fecit, habita I. 272. 15. I. 274. 1.

ܙܗܝܪ ܘܣܡܝܪ ܙܝܘܐ *Zebir u Semir zivo* i. e. *Illustris & perennis splendor* vocatus Genius, *qui ex Sam Mano Semiro ortus fuerat* (sic vertendum ܕܡܢ ܣܡ ܡܢܐ ܣܡܝܪܐ ܐܬܒܪܝ ܗܘܐ, ubi ܐܬܒܪܝ mendose ab ܗܘܐ sejunctum fuit II. 138. 15), & qui, jussu sui patris Aebel Zivo, suos fra-

tres, Aebel, Schetel, & Anusch, ad sacram legationem in orbe terrestri obeundam instrueret z).

ܙܝܘ ܚܝ̈ܐ *Ziv haj*, ܢܗܘܪ ܚܝ̈ܐ *Nebur hai*, ܫܘܡ ܚܝ̈ܐ *Schum haj*, & ܥܝܢ ܚܝ̈ܐ *Ain haj*, quatuor Genii, qui nominati, primus a ܙܝܘ *splendor*, secundus a ܢܗܘܪܐ *lux*, tertius a ܫܘܡ *nomen*, & quartus ab ܥܝܢ *oculus*, singuli cum epitheto ܚܝ̈ܐ *vivus*. Iique ܒܢܝ ܫܠܡܐ *Filii pacis* appellati. Qui & Johannem baptistam, ad sedem lucis simul cum Nuntio Vitæ proficiscentem, comitati, ubi eo perventum fuerat, sacras conciones & precationes ipsi exposuerunt II. 28. 10. Quomodo ceteri etiam Genii eum magnifice exceperunt a).

ܙܝܘ ܒܨܝܪ *Ziv basir* i. e. *Splendor deficiens*, & ܢܗܘܪ ܦܣܝܩ *Nebur fesik* i. e. *Lux intercepta* appellati duo Ge-

z) II. 138. 16. ܩܘܡ ܙܪܙ ܐܙܪܙܘܢܝܟ ܐܚܝܟ ܕܗܘܢܝܟ ܒܙܘܕ ܠܡܙܘܕܢܝܟ ܙܝܘ ܘܡܠܒܫܝܟ ܢܗܘܪܐ ܘܐܟܣܝܢܝܟ ܒܠܒܘܫܐ ܕܢܘܪܐ ܚܝܐ ܬܠܬܐ ܐܘܬܪܐ ܠܒܪ ܕܗܘܝܢ ܠܒܪ ܐܙܠܝܢ ܠܡܫܡܥ ܩܠܐ ܕܚܝܐ „surge et „instrue viatico Genios tuos, fratres tuos (mendose haec in Singu„lari reddita) viatico, eosque splendore vesti ac luce obtege. Col„loca in indumento ignis vivi tres illos Genios, extrinsecus illuc „abituros, ut vocem Vitae pronuntient".

a) II. 28. 16. ܢܦܨ ܠܠܒܘܫܗ ܢܘܪܐ ܚܝܐ ܕܠܡܟܝܠܗ ܗܘܐ ܘܠܡܟܝܠܗ ܠܒܫܘܗܝ „excussa ejus veste, ignem vivum, infinitum et ineffabi„lem, ipsi induerunt".

nii, qui, auspice Nuntio Vitæ, administro autem Fetahil, perinde ac Filii pacis procreati, Familiæ Vitæ nihil non mali anhelarunt b).

ܙܝܘܐ ܪܒܐ *Zivo rebo* i. e. *Splendor magnus* appellatus Genius, qui specie a Domino celsitudinis non differens, ad confinia cœli orcique excubias diligenter agit c).

ܐܙܐܙܒܐܢ ܙܢ *Zan Azazban* (ex Syr. ܙܝܢ *armavit*, & ܙܒܢ pro [illegible], ut [illegible] pro ܐܣܪܐ, *fascia revinxit*) appellatus rex iræ potens, qui prope a porta cœli regnans, scœlestus & libidinosus, etiam animis, sui similibus, imperat d).

---

b) II. 118. 20. [illegible] „Fetahil, illo quod acce-„perat coagulo in mundum caliginis projecto, voceque creatio-„nis missa, domui Vitae etiam Familias procreavit: procreatis nec „minus Ziv hesir et Nehur fesik, his, qui illas familias in mundo „caliginis interceperunt, ut ipsi intercepti fuerunt".

c) I. 238. 20. [illegible] „discriminans limi-„te acto omnes creaturas lucis creaturasque caliginis, portas earum „interjectas, obicibus impositis, tenet".

d) II. 50. 20. [illegible]

ܙܢܕܝܩܐ gens, a زنديق *impio*, *mago*, assecla Zoroastris, appellata, sed a Messia mendaci, item ܡܪܡܘܢܐ *Marmono* i. e. *Susurro* vocato, collecta, & elementorum, ut & Solis ac Lunæ cultrix, fœdæque libidini dedita e).

---

d) ܗ̇ܘ ܡܙܝܢܐ ܐܣܝܪ ܚܨܐ ܡܠܟܐ ܕܚܡܬܐ ܬܩܝܦܐ ܘܡܚܪܒܢܐ ܘܣܝܡ ܟܘܪܣܝܗ ܠܬܪܥܐ ܕܫܡܫܬܐ ܠܗ ,,armatus ille, accinctus rex irae, fortis et destruens: ,,throno suo ad portam coeli posito: dicensque hic furi, furare, sed ,,patri familias, furti securus surge: alloquens sic furem propter ,,caedem, patrem vero familias propter jacturam: ipsique millia millia stantium, et myriades myriades scortorum serviunt. II. 4. 11. ܡܬܛܠܠܝܢ ܒܗ ܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ ܗܢܝܢ ܕܐܦܝܐ ܗܘܐ — ܕܗܘ̈ܝ ܢܦܫ̈ܬܗܘܢ ܕܡܝܐ ܠܡ̈ܐܢܐ ܕܦܚܪ̈ܐ ܕܐܘܟܡܐ ܢܣܒܗ ܘܠܡ̈ܐܢܐ ܕܢܚܫܐ ܕܛܘܠܫܐ ܘܫܒܘܬܐ ܐܚܕܘܢ ܡܟܣܝܢ ,,obumbrant se in hujus ergastulo sanguinarii: quorum ,,animae similes figuli vasis, quae nigredo corripuit, vasisque aeris, ,,quae pollutio et faex infecit".

e) II. 92. 16. ܙܢܕܝܩܐ ܘܡܪܕܡܘܢܐ ܕܐܫܕܘ ܒܛܢܦܘܬܐ ܙܪܥܐ ܘܦܠܓܘܗܝ ܠܚܒܪ̈ܝܗܘܢ ܘܓܒܪ̈ܐ ܘܢܫ̈ܐ ܥܡ ܚܕ̈ܕܐ ܘܐܦ ܗܘ ܙܪܥܐ ܢܣܒܝܢ ܘܒܚܡܪܐ ܫܕܝܢ ܘܡܫܩܝܢ ܠܐܚܪ̈ܢܐ — ܘܠܪܘܚܐ ܘܢܘܪܐ ܘܡ̈ܝܐ ܘܫܡܫܐ ܘܣܗܪܐ ܡܫܡܫܝܢ ܠܗܘܢ ,,Zandici et Mardemoni, foede fuso semine suo, suis-,,que sociis distributo, sibi inv;cem viri, feminae concumbunt: etiam ,,semine hoc sumto, in vinum fuso, aliisque animam trahentibus ,,propinato. Ventum vero, Ignem, Aquam, et Solem Lunamque re-,,ligiose hi colunt. Epiph. contra Gnost. Sect. XXVI. ita: Suscipit qui-,,dem muliercula, itemque vir fluxum a masculo — stant ad coelum ,,intuentes, et immundiciam in manibus habentes, precantur — et ,,dicunt: offerimus tibi hoc donum corpus Christi. Et sic ipsum ,,edunt, assumentes suam ipsorum immundiciam".

ܙܝܘܐ ܙܪܙܝܠ *Zarzil Zivo* (ex Aram. ܙܪ *accinxit.* ܐܝܠ *Deus*, & ܙܝܘܐ *splendor*) appellatus Aeon, qui mitis & sui constans II. 278. 18. Quod vero nomen præter alia quatuor sensusque arcani etiam muro ferreo, quo Javar regem caliginis Ur sæpserat, inscriptum fuit I 294. 6.

ܙܪܙܝܪܬܐ (forsitan ex Syr. ܙܪܙܝܪܐ *sturnus*, Ar. زرزر *cecinit sua voce* sturnus) *Deastræ* verisimiliter *Sirenes*, hinc ni fallor appellatæ; quos partim virgines, partim volucres, suo & meretricio cantu illectos transeuntes in naufragium deduxisse, fama est II. 296. 2.

ܙܪܬܝ ܙܪܬܢܝ *Zartaj Zartanaj* (pro quo legitur ܙܪܬܝ ܙܪܬܘܢܐ *Zartaj Zartono* I. 278. 13. 17. 21) unus orci princeps, ex زرر *fibulavit*, & زرت *constrinxit* appellatus; quia tam ejus quam suæ uxoris Amamet ([illegible]) figura ([illegible]) adstricta & subacta fuit. Imperansque ille creaturis caliginis, iisque incantatricibus, ut etiam ab Aebel Zivo aditus I. 256. 16. I. 258. 8.

ܚܒ

ܚܘܒܪ *Hubar* (ex ܚܒܪܐ *veneficus*) vocatus Apostata quidam: cujus arti obscuræ Aqua Viva ab ejus custodibus Schelmaj & Nedbaj opposita fuit. Excitata hæc est, ut quamquis invita, suo alveo in mundum deflexo, provideret, ne animæ, ipsius lavacro lustratæ, ab infera aliquid fœculenti contraheret II. 256. 15.

ܚܕܢܘ *Hadonu* appellatio, ex Syr. ܚܕܢܐ *singularis* ducta; Genioque Anusch adjecta. Cui nec minus alia, & quidem ܝܚܝܕܝܐ, ejusdem originis & notionis, accessit. Quocirca hic etiam ܚܒܝܒܐ ܝܚܝܕܝܐ *Dilectus*, *Unicus* vocatus est II. 138. 4.

ܚܘܬ ܢܩܘܒܬܐ *Havat Nukubto* (ex ܚܘܬ *animal* & ܢܩܘܒܬܐ *hyæna*) cognomen, Spiritui Venereo ob calliditatem ipsius & sævitiam inditum f).

ܚܘܪܪܢ *Haurar an* (ex חור *albuit*, *canduit*. Ch. חוורור, Syr. ܚܘܪܘܪܐ *albor*) *candor* Pleromatis, spatii lucidi & infiniti, *quo* (ܕܟܝܬܐ) *puro* (ܕܟܝܐ ܡܢ ܐܫܬܡܥܗ) *promulgata vox admirabilis fuit* II. 246. 4. Qui adeo *candor* constructus, non modo cum ܐܐܪ ܐܪܥܐ *regione ætherea* lin. 5. (de qua supra), sed etiam cum ܦܢܝܩܐ ܪܒܐ ܡܠܟܐ *Phœnice*, symbolo *Domini supremi* lin. 10, de quo infra, atque tam cum ܡܢܐ ܪܒܐ ܩܕܡܝܐ *Mano Domino omnium primo* i. e. Rege lucis, quam cum ܝܪܕܢܐ ܪܒܐ *Jordano maximo*, æquore lucido

---

f) 140. 14. ܒܢܟܝܠܘܬܐ ܘܒܒܝܫܘܬܐ ܡܡܠܠܐ — ܒܚܪ̈ܫܐ ܘܩܪܝܐ ܕܟܪܐ ܡܡܠܠܐ ܒܚܟܡܬܐ ܚܪܫܐ ܘܒܟܡܐ ܝܬܒܐ ܕܒܠܐ „ille callide et ma-„ligne loquens, studens incantamentis, loquens cum sapientia prae-„st giatricis, et in insidiis sedens. I. 248. 1. ܚܙܝܬ ܠܪܘܚܐ ܚܘܬ ܢܩܘܒܬܐ ܐܡܐ ܕܒܘܪܐ ܢܟܠܐ (Vidi) „Spiritum Hyaenam, apostatae „Buro matrem". Cfr. I. 154. 2.

& infinito lin. 11, in quo repercussæ imaginis divinæ primum exemplum hic exstitit.

ܗܛܝܐ *Hetjo* i. e. *Sagittarius* Zodiacalis, iracundæ nociferæque animalis cujusque procreator *).

ܚܝ̈ܐ *Heje* (ex חיה *vixit*, unde חיים *vita* ductum) *Vita*. Quæ vero (de hac in præfatione T. I. ob ignorantiam recti minus accurate scripsi) multiplex, & quidem altera ab altera generata, suique tanquam speculi repercussa quævis imago fuit, scil. ut Supremi Numinis, quæ Summa, ita Summæ, quæ Prima, Primæ, quæ Secunda, & Secundæ, quæ Tertia appellata est. Nomineque Vitæ Summæ ut plurimum liturgiæ inchoatæ g). Quæ autem de origine

*) I. 232. 16. ܒܩܠܐ ܕܢܦܩ ܗܛܝܐ ܒܩܠܗ ܪܘܓܙܐ ܗܘܐ ܟܠܗ ܪܘܓܙܐ ܪܒܐ ܕܒܗ ܡܬܟܒܫܝܢ ܟܠܗܘܢ ܒܪ̈ܝܬܐ „voce, quam Sagittarius protulit, omnis ira exstitit, eaque ira magna, qua omnes „creaturae prosternuntur".

g) E. g. I. 2. 2. ܒܫܡܗܘܢ ܕܚܝ̈ܐ ܪܒ̈ܐ ܢܘܟܪ̈ܝܐ ܡܢ ܒܪ̈ܝܬܐ ܕܢܗܘܪܐ ܥܠܝ̈ܐ „in nomine Vitae Summae, novissimae creaturarum lucis, excel„lentissimae". Valet vero hîc ܢܘܟܪܝܐ „novissimus i. q. admira„bilis". Quae utraque notio huic vocabulo Aethiopice competit. Magnaque utriusque affinitas. Quare etiam Latine „mira novitas „Ovid. ignota pro magnificis habere". Tac. Sensusque loci II. 126. 6. ܓܒܪܐ ܢܘܟܪܝܐ ܕܡܠܬܗ ܢܘܟܪܝܬܐ ܡܢ ܢܘܟܪ̈ܝܬܐ ܕܬܒܝܠ ܗܘܝܐ ܡܢ ܟܠܗܝܢ erit: „Vir admirabilis, cujus etiam sermo admirabilior iis, quae „mundi admirabilia sunt".

Vitæ memoriæ prodita, ea sibi contraria visa I. 144. 6. ܡܢ ܡ̈ܝܐ ܚ̈ܝܐ ܢܚܢܢ ܚ̈ܝܐ ܗܘܝܢ *ex Aqua viva nos Vitæ exstitimus.* Sed III. 34. 3. ܡܢ ܚ̈ܝܐ ܡ̈ܝܐ ܗܘܘ *ex Vita Aqua exstitit.* Ita vero hæc concilianda. Agitur loco priori de Vita Prima, Secunda & Tertia, unde ibi dictum ܚ̈ܝܐ ܢܚܢܢ *nos Vitæ*; sed posteriori de Vita Summa. Dictaque hæc perinde ac Christus divinitatis ὑποςασις. Videlicet ut de hoc Hebr. I. 3. Ὁς ὢν ἀπαυγασμα της δοξης, και χαρακτηρ της ὑποςασεως αυτȣ (Θεȣ); ita de illa I. 144. 4. ܚ̈ܝܐ ܦܪܗܐ ܪܒܐ ܗܘܐ *Vita evasit Ferho Summus* (i. e. *Supremum Numen*). Neque illa a Rege lucis diversa. Hic enim primigenius Divinæ naturæ h). Qui vero vicissim procreavit Aetherem splendentem I. 144. 2, alio nomine Jordanum appellatum I. 132. 8 i). Velut inde Ignem Vivum, atque hinc lu-

---

h) I. 144. 1. ܐܝܟ ܗܘܐ ܦܪܗܐ ܪܒܐ ܒܝܕ ܦܪܗܐ ܪܒܐ ܗܘܐ ܡܠܟܐ ܪܒܐ ܕܢܘܗܪܐ ܪܒܐ ܕܐܝܩܪܐ „ut fuit Ferho D. per Ferho D, ita ex„stitit Rex lucis, Dominus gloriae (i. e. Numen Supremum per se „fuit; Rex autem lucis Dominus gloriae ab hoc exstitit"). Consentit I. 130. 12. ܐܝܟ ܗܘܐ ܦܪܗܐ ܒܝܕ ܦܪܗܐ ܘܗܘܐ ܐܝܪ ܒܝܕ ܐܝܪ ܗܘܐ ܡܢܐ ܪܒܐ ܕܐܝܩܪܐ „Fuit Ferho per Ferho, „et fuit Ajar per Ajar; Mano autem Dominus gloriae exstitit, (i. e. „Numen Supremum perinde ac ipsius Pleroma per se fuit; Mano „autem Dominus gloriae (i. e. Rex lucis) exstitit").

i) I. 144. 2. ܡܢ ܡܠܟܐ ܕܢܘܗܪܐ ܪܒܐ ܕܐܝܩܪܐ ܐܝܪ ܙܝܘܐ ܪܒܐ ܗܘܐ „a Rege lucis Domino gloriae Ajar Zivo D. (i. e. Aether splendens

ܡܢ

cem k), unde Geniis origo l), idem generavit. Celebratur vero conditor Jordani, i. e. Aetheris, primi & maximi, ut Ferho (Supremum Numen) *mediate*, scil. per Regem lucis, ita hic *immediate* m); quod etiam de Vita

---

„et maximus) exstitit". Qui vero Aether dictus Jordanus I. 132. 6. ܒܪܝܟ ܗܘܐ ܦܪܘܫܐ ܡܠܟܘܗ ܦܪܘܫܐ ܘܒܪܝܟ ܗܘܐ ܐܡܪ ܡܠܟܘܗ ܐܡܪ ܘܒܪܝܟ ܗܘܐ ܝܘܪ ܡܪܐ ܕܙܝܘܐ ܘܢܗܘܪܐ ـ ܕܦܠܛܘܗ ܗܘܐ ܝܪܕܢܐ ܪܒܐ ܕܡܝܐ ܚܝܐ ܕܡܢܗ ܦܠܛܘܗ ܕܦܠܛܘܗ ܗܘܢ ܘܐܬܦܠܓܘܢ ܠܐܪܥܐ ܕܐܝܪ ܕܒܗ ܦܩܕܗ ܚܝܐ Sensu: „Numen „Supremum perinde ac ipsius Pleroma per se fuit; Juro autem, „Dominus splendoris et lucis (i. e. Mano, Rex lucis) exstitit; „sicut exstitit ab hoc Jordanus (i. e. Aequor aethereum et splen„didum) maximus, et aquae vivae, unde Vitae triplici origo, „fusae per regionem Ajar (i. e. Aethereum) quam Vita (scil. summa) tenuit".

k) I. 144. 3. ܡܢ ܐܝܪ ܙܝܘܐ ܪܒܐ ܗܘܬ ܢܘܪܐ ܚܝܬܐ ܘܡܢ ܢܘܪܐ ܚܝܬܐ ܢܗܘܪܐ ܗܘܐ ܒܚܝܠܐ ܕܡܠܟܐ ܕܢܗܘܪܐ ex Ajar Zivo Rebo (i. e. „Aethere splendente, maximo) exstitit Ignis vivus, et ex Igne vivo „Lux exstitit, virtute Regis lucis".

l) III. 35. 3. ܚܝܐ ܗܘܢ ܒܐܬܪܐ ܕܢܗܘܪܐ. ܘܡܢ ܚܝܐ ܗܘܐ ܫܐ ܗܘܢ ـ ܘܡܢ ܫܐ ܐܝܟܢܐ ܗܘܐ ܘܡܢ ܡܝܐ ܗܘܐ ܢܘܪܐ ܘܡܢ ܢܗܘܪܐ ܐܬܪ̈ܐ ܗܘܢ „Vita (i. e. Summa, Rex lucis) in regione lucis fuit; qua au„tem ex Vita exstitit Aquor (i. e. Jordanus, Aequor aethereum et „splendidum); sicut ex Aqua Splendor (scil. igneus) exstitit; at„que ex hoc Splendore exstitit Lux; ex qua Luce Genii exstite„runt".

m) I. 132. 8. I. 144. 5. Utrobique mentio Jordani facta est; hoc „autem discrimine, ut ille dicatur exstitisse, priori loco expresse

(scil. Summa, absolute ibi nominata) affirmatur n): claro documento, hanc Regemque lucis unam eandemque personam constituere. Vita autem Prima, utcumque virtutis suæ constans, sua conditione non contenta fuit. Etenim, quæ sui genetrix fuerat, vi Vitæ Summæ comperta, talem quoque sibi illa ab hac precata est. Quæ etiam ipsi data. Nataque Vita Secunda fuit o). Verum hæc ambitiosa. Satis ei non erat, Vitam Tertiam generasse. Consilium mundi etiam sibi creandi initum. Cujus autem operis, in oblivionem Vitæ Primæ suscepti p), instrumentum Fetahil (Vitæ Tertiæ hic filius) evasit. Caussaque ea peccati. Plura de his infra.

(ܡܠܟܗ) a Rege lucis, posteriori autem implicite (ܡܢܗ) per Ferho i. e. Numen Supremum, Rege lucis ministrante.

n) I. 132. 13. ܡܢ ܚܝܐ ܝܘܪܕܢܐ ܗܘܐ „a Vita (scil. Summa) Jorda„nus (scil. primus, maximus) exstitit„.

o) I. 133. 9. ܩܡܬ ܚܝܐ ܢܒܥܝܗܘܢ ܒܕܡܘ ܡܠܟܐ ܡܪܐ ܕܡܠܟܗ ܗܘܐ ܘܒܥܝܢ ܒܥܘܬܐ ܠܘܬ ܢܒܥܝܗܘܢ ܒܒܥܘܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܗܘܐ ܐܬܪܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܚܝܐ ܩܪܝܘܗܝ ܚܝܐ ܬܢܝܢܐ „Vita vero (Prima) componens se in „similitudinem Domini Mano (i. e. Regis lucis), a quo exstiterat, „preces ad hunc fudit: primaque admota prece obtinuit, ut Genius, „qui ab ipsa nominatus Vita Secunda, Oeconomus cognominatus est „(per errorem dictus hic Demiurgus), existeret“.

p) I. 134. 2. ܗܒܠܟܝ ܠܢ ܐܡܪܝ ܥܠܝ ܐܬܪܘܗܝ — ܡܠܟܘܬܐ ܕܬܫܒܚܬܟܝ ܘܡܠܟܘܬܐ ܗܘܐ ܕܝܠܟܝ ܘܢܥܒܕ — ܥܠܡܐ ܚܕܐ ܠܐܦܪܟܝ ܘܡܫܡܫܢܐ ܠܗ — ܠܐ ܚܝܐ ܠܐܬܦܩܕ „da nobis, dixerunt ejus Genii, de tuo

[Mandaic] *Hajlil* (ex [Mandaic] *robur* & [Mandaic] *Deus*, ipsoque au-ctore interprete [Mandaic], *cujus robur magnum*) *Fortissimus.* Appellatus sic unus custodum, quos sæpto Dæmonis Ur a meridie Javar præfecit. Alter vero [Mandaic] *Korbil* (ex [Mandaic] *bellum* & [Mandaic] *Deus*) *Bellicosissimus.* Atque tertius [Mandaic] *Nuril* (ex [Mandaic] *ignis* & [Mandaic] *Deus*) *Ignipotens.* Sed quartus [Mandaic] *Nurjoil* (ex [Mandaic] *ignis* & H. הואיל *voluit*, ipsoque auctore interprete, [Mandaic] *cui ignis relictus*) *Ignifer* I. 308. 6.

[Mandaic] *Haj Hin* (ex [Mandaic] *vivus*, & Ch. חין *consonantia, melodia*, [Mandaic] *ordinavit* spec. *tempora diei noctisque*, *definivit*, *constituit tempus*) appellatus architectus, qui, Javar auspice, voceque mirabili enunciata, regionem Aetheris candori æterno instituit, ibique habitacula ac Genios Regi lucis paravit II. 246. 5.

[Mandaic] *Hamamil* unum ex septem nominibus abditi sensus, quod totidem mœnibus, Ur dæmonis claustris, ne dirui hæc possent, Javar inscripsit, idque ex חמם *calefecit*, *fovit*; & alterum [Mandaic] *Hatmil* ex חתם *obsignavit*; tertium vero [Mandaic] *Notril* ex [Mandaic] *custodivit*; ut

---

„splendore tuaque luce, ut mundum tibi provocemus; qui mundus „et noster et tuus sit. Ita nomen Vitae (Primae) non memorabi-„tur. Neque non ipsi id consilii placuit, Quod vero Vitae (Pri-„mae) rectum non visum est“.

quartum ܙܪܙܝܠ *Zarzil* ex ܙܪܙ *accinxit*; quintumque ܦܫܪܝܠ *Faschril* ex ܦܫܪ *liquefecit*; atque sextum ܚܠܨܝܠ *Halsil* ex ܚܠܨ *liberavit*: iis omnibus, ut vis significandi intenderetur, ܐܝܠ *Deus* suffixo. Septimum vero archetypi aut echtypi vitio intermissum I. 29. 4.

ܚܘܡܪܐ *Humre* (ex חמר *rubuit*, inde Syr. & Nas. ܚܘܡܪܐ *gemmæ*, ab earum *rubedine* q) appellatæ) Deastræ, ut non nomine, ita nec re a Græcorum Latinorumque *Chimæris* diversæ. Hes. Gen. Deor. 319:

Ἡ δε Χιμαιραν εκτισε πνεεσαν αμαιμακετον πυρ.

Lucret. L. 2. 143 — flammam spirantes ore Chimæræ.
Virg. Aen. 6. 58. flammis armata Chimæra.
Hor. 2 Carm. Ode 173. Igneæ spiritus Chimæræ.

Sic etiam Kin, regina orci, suique regis Ur mater, ܣܘܡܩܩ *Sumkak* a ܣܘܡܩ *rufus fuit* cognominata est I. 270. 4. Eademque voce flammans & rubicunda Septem Stellarium species expressa fuit r).

---

q) I. 20. 13. ܢܘܗܪܗ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܕܡܐ ܒܕܡܘܬܗ ܠܢܘܗܪܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܕܚܘܡܪܐ ܘܡܪܓܢܝܬܐ ܘܡܪܓܢܝܬܐ „splendor hujus mundi comparandus sua specie est splendori, qui gemmarum, unionum, margaritarumque est".

r) II. 232. 19. ܕܡܘܬܗܘܢ ܐܝܬ ܕܡܐ ܣܘܡܩܐ ܘܢܘܪܐ ܕܡܘܬܗܘܢ ܘܢܘܪܐ „species eorum est sanguinis rubentis,

ܚܡܫܐ ܟܘܟܒܐ *Hamsche Kukbe* proprie *Quinque Stellæ* in Tauro, Gr. & Lat. *Hyades*, Arab. الدبران *Duces*, Nas. ܡܕܒܪܢܐ id., improprie *Quinque Stellares* I. 184. 18. Iique, sicut Aterfan & Lifin, iræ terrestri imperantes s). Quare etiam commune cum his nomen, scil. ܡܫܡܫܢܐ *Antistites* I. 186. 13. acceperunt. Quæ autem nec minus superbi & fallaces incessu adspectuque horribiles atque nocentes vocati t).

,,similisque eorum species rubedini: sua hac specie nec splendente ,,nec albente".

s) I. 188. 3. ܢܚܡܫܐ ܗܘܘ ܬܩܢܐ ܕܟܠܐ ܪܘܓܙܐ ܕܐܪܥܐ ܡܫܠܛܝܢ ܘܐܝܬ ܕܡܚܘܝܢ ܕܡܘܬܗܘܢ ܒܐܪܥܐ ܚܪܒܬܐ ܘܐܝܬ ܒܡܝܐ ܥܡܝܩܐ ,,parabant eædem ,,Quinque Stellares; qui irae terrestri imperantes, suique spe- ,,ciem partim in terra vasta, partim in aqua profunda praebentes". III. 82. 12. ܒܥܐ ܚܨܘܕܐ ܘܙܪܘܥܐ ܒܚܡܫܐ ܟܘܟܒܐ ܘܠܐ ܡܫܬܟܚ ,,tam messor quam seminator expetet a Quinque Stellaribus, quod ,,non invenietur".

t) I. 182. 6. ܐܪܝܪܐ ܕܗܘܘ ܝܗܝܪܐ ܡܟܕܒܐ — ܘܥܒܕܝ ܕܠܐ ܪܚܝܡ ܘܠܐ ܫܦܝܪ ,,fastuosi mutuoque infidi nihil amabile pulchrumve faciunt". I. 166. 16. ܕܒܪܘܓܙܐ ܡܬܚܙܝܢ ܕܢܚܙܘܢ ܒܟܠܗܘܢ ܡܙܝܥܝܢ ܡܬܚܙܝܢ ܕܒܬܐ ܕܢܘܪܐ ܝܩܕܐ ܠܒܫܝܢ ܒܥܓܠܬܐ ܕܪܘܓܙܐ ܪܟܝܒܝܢ ܘܒܕܡܘܬܐ ܕܢܘܪܐ ܡܬܚܙܝܢ ,,Hos arroganter comparentes qui viderint, ii trepida- ,,bunt. Quippe qui naturam ignis ardentis adepti, rotisque irae ,,vecti, conspiciendos specie ignis se praebent". I. 182. 11. ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܒܝܬܗ ܘܟܕ ܡܕܒܪܢܐ ܡܫܠܡܐ ܕܗܘܐ ܡܟܕܒܝ ܢܗܘܪܐ ܕܐܠܗܘܬܗ

ܗܢܓܐ *Henge* (ex חגג *in orbem ivit, tripudiavit*) appellati Dæmones, qui orbem versantes saltatorium Satyris, item Virg. Ecl. 5. 73) saltantibus, comparari poterunt. Etenim, ut hi, qui nihil hominis præter ejus effigiem habuere, in libidinem proni, & pro silvestribus Diis & Faunis habiti fuerunt, sic illi, ex stupro filiabus hominum a Strigibus per vim illato generati, in idem flagitium pari lascivia erumpunt u).

ܒܘܠܗܘܢ ܠܒܠܒܠܐ „ii invicem sui dissimiles seque offendentes, at„que damni, cui omnes creaturae cesserint, auctores". II. 266. 15. ܢܫܘܙܒܘܢܟ ܡܢ ܩܛܠܐ ܘܩܪܝܪܐ ܘܢܘܪܐ ܘܝܩܕܢܐ ܕܚܡܫܬܐ „liberabunt te „ab occidione, frigore, igne et incendio Quinque Stellarium".

u) I. 106. 6. ܠܠܝܠܝܬܐ ܐܙܠܢ ܠܓܒܝܗܝܢ ܘܢܣܒܐ ܙܪܥܐ ܡܢܗܘܢ ܘܡܥܒܪܢ ܘܡܬܪܐ ܗܘܝܢ ܫܐܕܐ ܘܗܢܓܐ ܕܠܐ ܒܢܬ ܐܢܫܐ ܢܦܠܝܢ — „Larvae „iis feminis, quae corruptrices sunt, accedentes, concum„bunt, accepturae ab iis semen, praegnantesque futurae. Quo au„tem facto, existunt Daemones, qui Tripudiantes (i. e. Satyri) vo„cati, filias etiam hominis invadunt". II. 86. 2. ܗܢܘܢ ܓܒܝܐ ܢܦܠܝܢ ܒܬܘܦܝܗܘܢ ܘܫܒܩܝܢ ܘܡܫܒܚܝܢ ܒܩܠܐ ܪܒܐ — ܘܢܫܐ — ܓܒܪܐ ܘܡܬܚܙܝܢ — ܥܠܝܗܘܢ ܡܫܬܚܪܢ ܘܡܫܬܪܝܢ ܘܡܬܡܣܪܝܢ ܠܙܢܘܬܐ ܘܒܗܢܓܐ ܢܦܠܝܢ „hi electi tympana suis volis suspensa tenentes, carmen tibiis „suoque ore cum magno strepitu modulantur. Quo autem ipso fe„minae, viri incensi, dissoluti, libidinique cuivis obnoxii, etiam „ipsis Satyris (sic rectius forsitan reddito in choro pro„cidunt) succumbunt". Cfr. seq.

ܚܢܢܐܝܠ *Hananil* & ܚܢܝܐܝܠ *Haniil* duo nomina (illud ex חנן *gratiosus fuit*, hoc ex חנה *propensus*, *propitius fuit*, suffixo utrimque איל *Deus*), quæ una cum tertio ܣܡܟܪ (ex סמר *clavo fixit*, *firmavit*) Javar, ubi portas, quæ regna caliginis, unum ad Gaf & Gafan, alterum ad Zertaj Zartanaj pertinens, separabant, ingentibus seris obicibusque clauserat, his inscripsit. Quæ vero nomina, eaque sensus arcani, totidem Aeonum fuerunt I. 278. 15.

ܚܛܝܛܐ *Hatito* (ex ܚܛܐ *decrevit*, *sancivit*, *comprobavit*) nomen Genii, quem fratrem Javar, Nuntius Vitæ, habuit. Etenim, Nebat ter Genios procreante, prima vice geminus ille partus editus I. 218. 17. Nomenque illud hic, tanquam patri suo *probatus*, gratus, obtinuit. Cfr. Matth. 3. 17. εν ὡ ευδοκησα.

ܙܝܘܐ ܚܬܡ *Hatam Zivo* (ex ܚܬܡ *sigillum* & ܙܝܘܐ *splendor*) unum ex tribus nominibus, abditique sensus, quæ portis, in duplum obseratis, regnaque ad principes orci Schedun & Adatan pertinentia discriminantibus, etiam Javar insculpsit. Quorum vero alterum erat ܙܝܘܐ ܢܗܘܪ *Nehur Zivo* (ex ܢܗܘܪ *fulgens*, & ܙܝܘܐ *splendor*), & tertium ܢܗܘܪܐ ܠܘܦܦܘܢܐ *Lufafone Neburo* (ex Aram. לפף *convolvit*, *involvit*, *infasciavit*, & ܢܗܘܪܐ *lux*). Tantaque eorum vis,

ut, his non deletis, claustra memorata evelli non possent I. 270. 7.

ܛ

ܛܒܐ *Tobo* (ex טוב *bonus, benignus*) nomen Genii, quem sui liberatorem anima Adami, in hujus corpus ut carcerem intromissa, votis ad Nuntium Vitæ effusis, expetivit x).

ܛܒܕܢܐ *Tabdono* (probabiliter corrupte pro תבור Jud. 4, 6. Ps. 89, 13. Jerem. 46, 18. Hos. 5, 1. Matth. 7, 1. mons Galilææ, Judææ totius fere altissimus) nomen montis, ubi Angeli apostatæ coierunt, Nebu (Messiam mendacem) inauguraturi y).

---

x) III. 266. 13. ܐܡܪܠܗ ܠܡܠܟܐ ܕܚܝܐ ܕܢܫܕܪܠܝ ܠܛܒܐ ܡܪܗ ܐܠܟܝ — ܕܢܦܪܩܢܝ ܡܢܗ ܡܢ ܥܠܡܐ ܢܙܥܙܥܗ ܠܡܢܓܢܝܢܘܗ ܘܦܓܪܐ ܠܡܪܗ ܢܗܠܟܢܗ ܢܫܡܬܝ ܠܐܬܪܐ ܕܚܝܐ ܕܗܘܐ ܦܪܘܫܝ ܡܢ ܩܕܡ ,,Rogabo ,,Nuntium Vitae, celeriter Tobo ad me mittat, qui me a mundo ,,solvens, machinamque hujus concutiens, domino suo corpus reddat, ,,me vero animam in Vitae locum evehat, ubi olim stirps mea ,,fuit".

y) I. 102. 18. ܕܒܝ ܢܒܘ ܡܢ ܒܢܝܐ ܡܠܐܟܐ ܕܡܣܘܪܝܐ ܐܬܐ ܢܘܪܐ ܕܡܘܪܐ ܒܗܝܐ ܦܪܝܫܠܗ ܠܠܠ ܒܟܠܠ ܫܘܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܟܢܫܒܕܢܐ ܛܘܪܐ ܟܢܫܐ ܡܠܐܟܐ ܕܡܣܘܪܝܐ ܘܟܠܗܘ ܒܩܪܝܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܫܒܚܝܢܗ ܘܡܘܪܐ ܡܟܠܠܝܢܗ ,,ubi Nebu, unus ex Angelis defectionis venerit, con-

ܛܘ

ܛܘܪܐ *Turo* (ex Aram. טורא *mons*) appellatus Dæmon I. 156. 3, ab *Ur* procreatus I. 236. 16, cum prænomine ܩܪܘܢ *Kerun* s. ܩܪܩܘܡ *Karkum* (ex Syr. ܩܪܢܝܐ) *Cornutus* I. 236. 15. 19, agnomine ܪܒܐ ܕܒܣܪܐ *Rebo di besro* i. e. *Carnosus* I. 236. 13, & cognomine ܒܪ ܣܦܓ *Ber sefag* (ex ܒܪ *filius* & Ch. ספג H. ספק *percussit*, Ar. سفق id., unde سفيق *durus, præfrictæ frontis, impudens, fragorem edens*) *Percussor* I. 236. 19. Sævus hic z), & probabiliter idem qui Latinorum *Faunus*, etiam *Bicornis* vocatus,

---

„vocabit Spiritus Venereus populum ad montem Tabdono, coeli ter-„raeque coronam; quo loco hi Angeli defectionis convenient, hunc „Nebu olei cornu illituri, igneque vestituri".

z) I. 156. 3. [illegible] „se in suo loco explevit suo indu-„mento, mundique implementum evasit i. e. intumuit, in quan-„tum spatii patet mundus, commotusque mala bile, calorem „aestuantem, igni similem, eructans effudit, dicens: surgam, ascen-„dam e loco caliginis, fulmineque mei decoris meae barbae assum-„to, atque meo fune circumdato, incendium toti mundo conflabo, „magnatesque suis thronis dejiciam. I. 158. 11. [illegible] „cum vero amplectens terram deglutiisset, munimentum caliginis „corruit; omnisque tum caligo conformata fuit. I. 160. 1. [illegible]

atque, teste Porphyrio, *Deus inferus & pestilens.* Eademque appellatione Angeli ejus *Turi* (ܛܘܪܐ) cogniti a).

ܛܘܪܐ *Turi* vero (ex טהור *mundus, purus*) cognominati Schelmaj & Nedbaj, qui Jordano aquæ vivæ præpositi fuerunt b). Quare hæc etiam aqua a sede Vitæ in mundum ducta, cur non solum loco lucis, sed & colloquio duorum, qui *Turi*, sui custodum, privata fuisset, ab his sciscitabatur II. 254. 18, ubi vero sicut III. 34. 17. vocabulum hoc quasi derivandum ab Aram. טורא per *Montes* male redditum est. Iidemque Turi vocantur II. 254. 19. [illegible] *Personæ se invicem adorantes.*

[illegible] „frematus tamen ille freno ferri, et manibus pedibusque constrictus fuit: ipsius etiam capiti in urna, ubi „conditus fuerat, operculo injecto“.

a) I. 154. 15. (lege [illegible] ut II. 200. 5) [illegible] „qui praevalebit Turis, quorum furor est „violentus, non invenietur. Ii omnes maximi et potentissimi: eo„rumque Fascinatores et Diaboli omnes me colunt“.

b) II. 254. 7. ([illegible]) [illegible] „duo primoge„niti, quibus prima Vitae Primae res procreata (haec ductus „aquae vivae) custodienda tradebatur, vocati fuerunt Schelmaj et „Nedbaj“.

(lege ܘܪܗܘܡ) ܘܪܗܒܘܡ ܝܗܘܪ ܝܘܪ *Jur Jahur Varhum* (forsitan ex Syr. ܝܪܘܪܐ *canis silvestris*, *draco*, H. יהיר *superbus*, *arrogans*, & רעם *fremuit*)-nomen Dæmonis, adulterorum, furum, ac perjurorum animabus c) in suo ergastulo imperantis II. 6. 2.

ܝܘܪ *Javar* appellatio, formæ יצהר, & sicut יאר ab אור *luxit* ducta. Ratioque utriusque in *candore*, illinc *Genii*, hinc *aquæ* quærenda. Quomodo etiam, quæ est tam *luminis* נהרה quam *fluminis* נהר in נהר *splenduit* comperta. Ambigam vero, annon potius ducendum sit hoc nomen a Ch. & Nas. יהר propr. *splenduit*, impr. *superbivit*, unde & Ch. יורין Nas. ܝܘܪܐ *gemmæ* a *splendore* appellatæ. Quamvis *flumina* id quoque significet *). Ex quo nihil intererit, una sive altera radix pro hujus origine accipiatur. Cui autem tantoque nomini plura cognomina fu-

---

c) II. 6. 6. ܕܡܝܐ ܗܢܝܢ ܢܫܡܬܐ ܠܥܘܩܐ ܕܫܒܛܐ ܘܠܐܘܟܡܬܐ ܕܣܥܪܐ ܕܪܝܫܐ ܘܒܥܝܢ ܡܘܬܐ ܬܢܝܢܐ ܠܢܦܫܗܘܢ ܘܠܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ

„similes hae animae cuspidi scipionis nigredinique capilli capitis,
„eaeque rogantes mortem sibi secundam, quae vero eis non accidit“.

*) III. 204. 1. ܐܢܚܢܢ ܩܠܐ ܫܦܝܪܐ ܘܡܬܩܢܝܢ ܠܟ ܡܪܓܢܝܬܐ ܐܝܟ ܚܨܨܐ ܫܕܝܢ „nos dicta praeclara tibi paraturi, gemmasque ut glaream proje-
„cturi“. ܩܠܐ ܫܦܝܪܐ ܘܢܗܪܘܬܐ ܡܝܒܫܝܢ „voces praeclarae fluminaque
„exsiccantes“.

erunt adjecta. 1 ܟܒܪ ܪܒܐ *Kebar Rebo* i. e. *Magnus Dominus*; 2 ܟܒܪ ܙܝܘܐ *Kebar Zivo* i. e. *Magnus Splendor*; 3 ܪܙܐ ܪܒܐ *Razo Rebo* i. e. *Occultus Dominus*; 4 ܢܒܛ ܝܘܪ ܒܪ ܝܘܫܝܢ ܝܦܝܦܝܢ *Nebat Javar ber Jusin Ifafin* ex Ch. נבט *germinavit*, יפה *elegans fuit*, & יפע *illuxit*; 5 ܣܡ ܡܢܐ ܣܡܝܪܐ *Sam Mano Semiro*, ex H. סם *aroma*, svavem odorem spirans, Aram. סמא *pharmacum*, res salutifera, ex ܙܢܐ propr. *species*, *imago*, impr. *Aeon*, & ex Ch. סמר *clavo fixit*, *firmavit*; 6 ܝܘܪ ܙܝܘܐ *Javar Zivo* i. e. *Javar Splendor*; 7 ܓܘܦܢܐ ܩܕܡܝܐ *Gufno Kadmojo* i. e. *Vitis Primaria* **); 8 ܝܘܙܛܩ *Juzatak* (formæ יצחר, ex H. זקים, Syr. ܙܝܩܐ *faces*, *tædæ ardentes*, unde Ch. זיקין *cometæ*) i. e. *Phœbus*; 9 ܢܥܡܘܢ (lege ܢܥܡܘܢ) *Næmun* (ex נעם *mollis*, *gratus fuit*) i. e. *Jucundus*; 10 ܚܝܐ (lege ܢܥܡܬ) ܢܥܡܬ *Næmat heje* i. e. *Jucunditas Vitæ*; 11 ܒܚܪ ܫܬܠܐ *Bohar Schetel* i. e. *Elector plantæ* ***); 12 ܐܠܒܘܫܢ ܡܠܠܢ *Albuschan Malolan* i. e. *Indumentum nostrum*, *Verbum nostrum*; 13 ܡܠܠܐ ܕܚܝܐ *Malolo di heje* i. e. *Verbum vitæ*; 14 ܝܘܪ ܒܪ ܝܘܪ *Javar ber Javar*; 15 Aebel Javar; 16 Aebel Zivo I. 60. 1. 134. 9. 252. 20. 254. 5. 306. 10. 14. II. 118. 16. 220. 13. 280. 13. Cognitus au-

---

**) II. 280. 13. ܕܒܪܝܐ ܕܚܝܐ ܪܒܐ ܩܕܡܝܐ ܩܐܡ „quae in regione „Vitae Summae Primae viget".

***) II. 118. 17. ܡܦܩܢܐ ܠܫܬܠܐ ܠܕܘܪܐ ܫܦܝܪܐ „Educens plantam in „sedem pulcherrimam".

tem hic inprimis nomine ܡܢܕܐ ܕܚܝܐ *Mando di heje* (de cujus nominis origine infra) i. e. *Præco* s. *Nuntius Vitæ* d): qui simul cum Hatito, ut supra dictum est, a Nebat i. e. Vita e) procreatus, in 360 Jordanis baptizatus, totidemque vestibus indutus, ut etiam mundo, 360 alios *minores*, singulosque non sine 360000 Geniis totidemque domiciliis, donatus I. 252. 22 sq., simul cum suis fratribus Schetel & Anusch in mundum, generi humano verbum Vitæ prædicaturus, missus fuit f): ubi precationis quoque

---

d) I. 134. 15. [illegible] „Genii magnates Filii sunt lucis; tu (Javar) Nuntius Vi„tae es".

e) II. 220. 6. [illegible] Surgens Javar Vitae suo patri dixit: „meus, „tu Vita, pater es. Quae dicta a Javar Zivo pater ejus Vita au„diens benigne excepit".

f) I. 254. 19. [illegible] „ecce vir„tute patris mei Nuntii Vitae contendens locum, ad quem me mit„titis, petam. Quibus dictis, etiam Aebel Mano Javar, comitante „suo patre, profectus est: duobus ejus fratribus (Schetel et Anusch) „in profectionis societatem adscitis. Omnesque commentationibus „jam, precibus, et concionibus vacarunt".

formulas sex & triginta tradidit, ut etiam ejus familia tales quadraginta & quatuor reliquit III. 62. 9.

ܝܘܪܐ *Juro* (ex ירא, وري propr. *ignem, scintillas excussit, emisit*, impr. *timuit, veneratus est*, unde יראה H. *timor, veneratio*, Ch. *idolum, religio*, coll. Syr. ܙܘܙܐ *scintillula*) *Scintillans*, *Venerandus* cognominatus etiam Rex lucis g). Neque confundendus hic cum ܝܘܪܐ ܕܗܝܐ *Juro di beje*, a Vita Summa procreato h), aut cum illo *Juro*. qui Præsul thesauri occulti vocatus est II. 276. 21, aut cum eo Juro, qui specie excellens etiam inter Genios Nasbo, Zarzil Zivo & Jusmir locum obtinuit II. 278. 16.

ܝܐܙܘܩܝܐ *Jazukoji*, gens *Jazukæa*, incertum est, an nomen ab יצחק Ishak (stirpis Israëliticæ hæc a Sole collecta dicitur II. 82. 16.) acceperit, aut eadem quæ Ptolomæi Ἰαζυγες existimanda sit. Fas ipsi, ignem & aquam vice Numinis venerari; in libidinem vero omnis generis erum-

---

g) I. 132. 6. ܒܪܝܫ ܗܘܐ ܡܪܝܐ ܒܢܦܫܗ ܘܒܪܝܫ ܡܪܝܐ ܒܢܦܫܗ ܐܬܪ ܘܒܪܝܫ ܗܘܐ ܝܘܪܐ ܡܪܐ ܕܙܝܘܐ ܘܗܘܪܐ „sensu: fuit Numen Supremum „per se, ut et Pleroma per se fuit; exstitit autem Juro, Dominus „splendoris (i. e. Mano Dominus gloriae. s. Rex lucis I. 130. 13).

h) II. 188. 11. ܝܘܪܐ ܕܗܝܐ ܒܪܝܫ ܡܫܟܢܬܐ ܡܢ ܒܝܬ ܢܫܡܬܐ ܗܘܬ „Juro di heje ut anima ex domo Vitae (scil. Summae II. 190. „14) exstitit.

pere, nefas non habetur II. 82. 20. Iique, qui Abortivi (i. e. Israëlitæ) vocati, se invicem sanguine effuso adspergunt, ab hac oriundi i).

ܝܘܚܢܢ *Juhano* & ܝܚܝܐ *Jahia* duplex nomen Johannis Baptistæ, illud I. 108. 9. ex H. יוחנן i. e. quem *Dominus gratiose dedit*, hoc II. 60. 11. i q. H. יוחא ex Ch. יחה, Ar. وحي *indicavit*, *revelavit*, unde يحيى Cor. Sur. III *Johannes*; quem Zakarias ab uxore sua Anesch-

i) II. 84. 1. [illegible]

„Concumbentes hi suae matri suisque filiabus, suscepta vigilia, ve-„stibusque monstrualium mulierum assumtis, indutis et obvolutis, „contendunt, se inquinatos non esse, suae ipsi insaniae nescii. Foe-„tusque abortivos ubi eorum uxores ex uteris ediderunt, corpora, „his in sterquilinia missis, illito stercore animali lavant. Qui vero „originem a Jazukaeis ducunt, hi Abortivi vocati invadunt se invi-„cem, mutuoque ora scalpentes, sanguinem, qui caesim fusus fuit, „sumtum cum aqua in sua ora propellunt, ut et quicquid rei perdi-„ditae ederint, sanguinem hunc ei immiscent".

bat suscepit vid. p. 1; & qui puer maximam sui spem fecit k). Educatusque Hierosolymæ gentem Nasaræam, instituto baptismi sacramento, sibi condidit. Functus autem ad Jordanum per 42 annos sacro hoc piaculari II. 20. 5, cui etiam præter Nuntium Vitæ II. 22. 1. Messias mendax, id violaturus, initiatus fuit I. 108. 15, concessit fato, specieque carnis exuta, splendoris autem induta, in locum lucis, comitante Nuntio Vitæ, sublimis abiit II. 24. 5.

ܝܘܟܒܪ ܙܝܘܐ *Jukabar Zivo* (ex ܟܒܪ *magnus, magnificus fuit*, & ܙܝܘܐ *splendor*) nomen Genii, qui ad portam domus Vitæ, throno illius, æque ac splendidis & tranquillis amplissimi spatii æquoribus, ut & tribus (quotuplex Vita) habitaculis illustrem, vites quoque septem, sua alienaque & superne progressa luce lucentes, electisque omnibus, in conspectum Vitæ ascensuris, adeundas, seruit III. 60. 4.

ܝܘܟܐ ܒܪ ܟܘܫܛܐ *Juko bar Kuschto* (ex יוחך, Cabbalistice *bono Angelo, hominum in itinere duce & auspice*, & ܟܘܫܛܐ *justitia*) nomen Genii, qui familiæ Adami, adver-

---

k) II. 20. 16. ܬܐ ܛܠܝܐ ܐܢܬ ܒܪ ܫܢ̈ܐ ܬܠܬ ܘܝܘܡܐ ܚܕ ܐܢܬ ܐܚܐ ܡܪ̈ܒܪܒܐ ܘܒܙܥܘܪܝܘܬܗ ܐܢܬ ܗܘ ܐܪܒܬܐ ܘܦܩܘܕܝܟ „veni, filie parvu-„le, tres annos unumque diem nate, qui natu minimus fratrum, sed „maximus patrum es, et, quamvis sis parvulus, tamen praecepta „tue mavima sunt". Cfr. Joh. I. 15. 30.

sus Septem & Duodecim Stellares, doli machinatores, tuendæ firmandæque præpositus fuit 1).

ܝܘܫܪ ܟܝܢܐ (ex ܝܫܪ *recte egit*, & ܟܝܢܐ *natura*) nomen Genii, qui, cum Aebel Zivo in Jordano baptizaretur, mamgaritam ibi plantavit tantæ virtutis, ut aqua fluvii illius viva, tam hujus Genii, quam Nuntii Vitæ splendore obumbrata, huc & illuc saliens fluctuansque erraret I. 242. 6.

ܝܡܐ ܕܣܘܦ *Jamo di suf* proprie *Mare Rubrum* I. 34. 21, improprie *orcus* I. 36. 10; qui [illegible] *fovea mugiens, aqua vorax, corruptrix, locus, igne consumente perstrepens*, vocatur.

ܫܡܝܢ *Jamin* (corrupte pro ܫܡ) filius Noachi secundus, cujus primus ܫܘܡ *Schum* & tertius ܝܦܬ *Japhet* fuerunt I. 96. 2. Enimvero cum hoc non confundendus

---

1) II. 270. 14. [illegible]

„cum Aebel, generationis Adamiticae custos, me Juko bar „Kuschto spectatis beneficentia praefecisset, Septem et Duode„cim Stellares, me observatore eorum constituto, suis ex cur„ribus ceciderunt, vanumque fel istorum Corrumpentium fuit, ut „et, obscurata eorum specie, robur suorum curruum in eorum tra„mite claudicavit“.

videtur, qui III. 62. 3. ܝܡܝܢܐ *Jamino* vocatus, Nubem, ipsi sedem, obtinuit, & qui nomen a ימין *dexter, potens, felix* adeptus, a Roman. *Jano* haud diversus putabitur.

ܟܘܡܒܐ ܝܘܣܛܝܢܘܣ vide ܗܪܘܣ.

ܝܫܢܐ *Jasono* nomen cum ܟܪܟܐ suo prænomine (coll. ישנה 2 Chr. 13. 19. urbs Judææ *vetustissima* s. *palæopolis*, a ישן F. ישנה *superstes, vetus*, atque — ܒܟܪܟܐ ܕܩܕܡܐ ܒܟܪܟܐ ܕܒܨܪܐ *in urbe antiqua* (i. e. *metropoli*), *in Bassora* III. 96. 9.) valebit forte *locus*, ut & mox ille describitur, *conditori cæli terræque constitutus*, i. e. mundi *archæopolis* s. *metropolis*, ad quem velut ad verticem cœli ܟܘܢܝܐ i. e. *Aurora* (de qua infra), a ܬܘܪܐ i. e. *Tauro*, ortus sui loco, ascendens tendit m).

---

m) II. 182. 5. [illegible] ,,contemplor Auroram, dominam splen- ,,doris, apte dispositam et directam ope Angelorum; et quidem duo- ,,decim Angelorum, trans montem caliginis Taurum ipsam ducen- ,,tium, tollendoque perducentium ad mundi metropolin, conditori ,,coeli terraeque constitutam sedem. Quid autem h. l. sibi ,,velit [illegible], infra p. 184. lin. 5. ubi ejus vice [illegible] ,,Aurora positum est, satis intelligitur: [illegible]

ܝܘܦܝܢ ܝܘܦܐܦܝܢ *Jufin Jufafin* (ex יפה *elegans fuit* & יפע *illuxit*) appellatus Genius, a Vita Prima, Secunda, & Tertia dignitate secundus n), nec a Razo Rebo, cui etiam hoc nomen, etsi non totum (pars ejus posterior deficit) ei additur I. 238. 18, diversus: quem quoque parentem Kebar Zivo habuisse dicitur o).

ܝܘܪܒܐ *Jurbo* (ex רוב propr. *tumultuatus est*, *confusus*, *turbatus fuit*, impr. *litigavit*, *contendit*, unde H. יריב

[illegible]

„aurora, quae alios exhilarat, alios contristat, principium est lu-„cis, vir purus, juvenis negotiator, accinctus, munitus et arma-„tus, tempori praepositus, dominus strigarum lucis, dominus, „cui splendor aptatus, radiique lucis commissi sunt, quem duo-„decim Angeli trans montem caliginis Taurum ducentes ad Domi-„num splendoris perducunt, et ad portam Domini Jasano, thronum „coeli terraeque conditori constitutum, transferunt". Animadvertere sic in utriusque hujus loci δυσνοητα iterum mihi licuit. Vide T. III. p. 318.

n) II. 28. 18. [illegible] ܝܘܦܝܢ ܝܘܦܐܦܝܢ „peto a vobis, Vita Prima, Vi-„ta Secunda, et Vita Tertia, atque Jufin Jufafin". Cfr. 18. 6.

o) I. 134. 9. [illegible] ܝܘܦܝܢ ܝܘܦܐܦܝܢ Kebar Zivo, alio nomine Nebat Javar bar (i. e. filius) Jufin Jufafin,

tumultuosus, litigosus) vocatus etiam *Adunaj* (*Sol*), qui gentem Israëlitarum sibi condidit p); qui, nubibus claro cœlo coactis, tonando, fulgurando homines terret, superiorumque, qui inferiores avare & inique tractarunt, animas in suo ergastulo tædis quasi ardentibus exagitat q); cui autem compescendo Hamgaj Zivo præpositus fuit r); &

---

p) III. 72. 20. [illegible] „Jurbo, quem Adunaj Abortivi vocant, coetum colligere in animum „induxit: jubenteque hoc Adunaj, urbs, appellata Jerusalem, con„dita fuit".

q) II. 12. 19. [illegible] „qui accepta large metiuntur, qui magno „foenore versuram faciunt, nullo afflicti pro sua calamitate habito „respectu: quorum vero animae similes sunt haedis pinguibus, quos „suis matribus subito direptos in lanienam abducunt".

r) II. 266. 8. [illegible] „ei dixe„runt: generationem hanc serva, naturae animarum attende, di„spone, suumque in locum evehe. Ubi Jurbo ira exarserit, dictione „tua subjugabitur".

qui, postquam lascive cum Spiritu coierat, instar scorti, scortove similis redditus est s).

ܝܪܕܢܐ *Jardeno*, (H. ירדן ex Aram. & Nas. ורדא *rosa*, unde Ar. ورد *floruit* arbor, *roseo colore infecit*, aut, quod eodem redit, ex ورس *crocus*, ورسي *croceus*; quo respexit Bar Bahluli, in suo dictionario vim hujus vocabuli reddens ܢܗܪ ܠܢ *lux nobis affulsit*, sicut etiam Onkelos vertit ואור Exod. III. 8. per ואתגליתי & *apparui*) proprie *flumen vehens aquam coloris rubicundi* (ut Tibris, qui ideo *flavus*, *cæruleus* dictus) spec. *Jordanus*, improprie (ܐܝܪ ܙܝܘܐ) *Aether* s. *Aequor splendens* t), divinitatisque (ܐܠܗܐ) repercussa imago. Quamobrem hic etiam ܡܪܐ ܕܚܝܐ *Domi-*

---

s) I. 222. 17. ܫܡܫܐ ܒܪܐܙܗ ܠܟܒܫܗ ܘܫܘܝܬܗ ܩܕܡ ܐܢܬܬܐ ܠܝܘܪܒܐ ܐܫܬܘܬܦ ܕܠܘܬ ܪܘܚܐ ܫܡܫܗ „Solem in suo arcano deprehensum, „hunc Jurbo instar mulieris constitui; quia Spiritui concubuerat".

t) I. 144. 2. ܡܢ ܡܠܟܐ ܕܢܘܗܪܐ ܡܪܐ ܕܐܝܩܪܐ ܐܝܪ ܙܝܘܐ ܪܒܐ ܗܘܐ „a Rege lucis, Domino gloriae, Ajar Zivo (i. e. Aether splendens) „maximus exstitit".

u) I. 246. 4. ܚܬܡܗܘܢ ܡܠܟܐ ܕܢܘܗܪܐ ܠܟܪܘܒܐ ܐܚܘܗ ܕܗܘܢ ܒܢܘܗ ܘܚܬܡܗ ܠܡܛܪܬܗܘܢ ܝܪܕܢܐ ܡܪܐ ܕܚܝܐ ܕܐܢܫ ܒܓܘܗ ܠܐ ܢܨܛܒܥ „obsignavit Rex lucis Socios Genii Aebel Zivo ejusque Fra„tres, ejusdem quoque Filios vocatos; ut etiam hic Jordanus, Do„minus Vitae, obsignavit tartara Senderjaves, ne quis in ea se „immergeret (ita reddas pro male redditis ne quis alius „in illo Jordano baptizaretur").

nus Vitæ I. 246. 7, & ܡܪܐ ܕܡܝܐ ܚܝܐ I. 132. 8. *Dominus aquæ vivæ*, neque diversus ille a Rege lucis appellatur u). Quomodo & hunc sui parentem non modo Aebel Zivo Nuntius Vitæ. I. 282. 12, sed etiam Netubto, Domina celsitudinis, quam sui matrem Dominus celsitudinis, Dominus omnium Geniorum, II. 106. 9 habuit, habuisse dicitur. Quo accedit, quod hic, ut & quæcumque sui imago & derivatio, scintillantem suum splendorem a Mano (Rege lucis) accepisse memoratur x). Qui autem ipse ex Divinitatis oceano derivatus, etiam in alios & minores rivatim se effudit. Totidemque hi Aeonibus & Geniis, i. e. Naturis cœlestibus æthereæ & candentes instar aquæ sedes.

---

x) II. 106. 6. [illegible] „concio haec „splendoris, accensi per Mano, cui scintillae splendoris, sicut his „Jordani intimi originem suam debuerunt". (i. e. concio haec splendoris divini, per Mano, Regem lucis, accensi. Cujus autem splendoris scintillae a Jordanis intimis, hoc est ܐܝܪ, universo et radiante Divinitatis ܦܠܪܘܡܐ Pleromate, excussae fuerunt). „Exstitit vero ex his Jordanis intimis (i. e. radiante Divinitatis pleromate) per Mano Jordanus omnium Jordanorum „maximus, quomodo ex hoc Jordano Netubto, Domina occulta, omnium prima, ex qua Domino etiam celsitudinis, omnium Geniorum „principi, fuit origo, effusa prodiit".

ܝܘܫܡܝܢ *Juschamin* (ex אשם *deliquit, reus fuit*) appellata Vita Secunda. Quæ, ter procreandi Genios capto a Nebat i. e. Vita Prima consilio, altera vice una cum Schar Zivo, velut prima Javar cum Hatito, ut supra dictum est, exstitit II. 218. 17. Eaque ܒܪ ܕܡܘܬ ܚܝܐ i. e. *Imago Vitæ* scil. Primæ, sui parentis II. 224. 9, ut & ܐܬܪܐ ܡܕܒܪܢܐ i. e. *Genius Oeconomus*, (avus hic Demiurgi Fetahilis, non ipse Demiurgus fuit, ut per errorem I. 133. 14 dictum est) cognominata est. Quæ autem, ubi Fetahili, suo nepoti, vincula injecerat, contumeliæ caussa, ܒܪ ܟܠܒܐ i. e. *Catulus* etiam vocata est III. 14. 18. Neque hæc in gignendo sterilis. Soboles tres filii: quorum unus aviti patrimonii Custos, alter patris sui Socius, tertius Abatur (hic Vita Tertia) in mundum caliginis profectus est y).

ܝܫܘ ܡܫܝܚܐ *Jeschu Meschio* i. e. *Jesu Messias*, unus etiam ex Septem Stellaribus, nec a Nebu i. e. Mercurio

y) I. 308. 11. ܝܘܫܡܝܢ ܬܠܬܐ ܒܢܝܐ ܐܘܠܕ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܢܛܪ ܥܘܬܪܐ ܕܐܒܗܬܐ ܘܚܕ ܥܡ ܐܒܘܗܝ ܕܝܪ ܘܚܕ ܗܘ ܐܒܬܘܪ ܠܥܠܡܐ ܐܙܠ ܘܐܚܙܝ ܒܡܝܐ ܐܘܟܡܐ ܐܦܘܗܝ ܘܕܡܘܬܗ ܘܒܪܗ ܡܢ ܗܠܝܢ ܡܝܐ ܐܘܟܡܐ ܡܬܬܕܡܝܢ ܠܗ „Juschamin tres filios procreavit; quorum unus patrum „opes servat, alter apud suum patrem commoratur, et tertius Abatur, qui in mundum profectus, in aqua nigra suam faciem, suique „simulacrum ac filium, ex aquâ hac nigra ipsi conformatum, perspexit".

diversus z), Tibicenque item vocatus a); sed vertens ille, ut ceteri ejus collegæ, imperium telluris, quod Adamo delatum fuerat, in sui quoque deminutionem, specieque hominis induta b), varia prodigia generi humano edidit: gressu super aqua peracto c), adscensu per scalam ad cœlum facto d), obscurato sole e), vita mortuis reddi-

---

z) I. 54. 4. ܢܒܘ ܡܫܝܚܐ ܕܓܠܐ ܕܡܫܢܐ ܠܬܘܕܥܬܐ ܩܕܡܝܬܐ „Nebu, Messias mendax, antiquae religionis depravator".

a) I. 112. 6. ܠܐ ܬܙܡܪܘܢ ܙܡܪܐ ܕܢܒܘ ܡܫܝܚܐ ܐܙܡܪܗ ܒܥܠܡܐ ܒܪܡ ܗܢܐ ܕܡܘܬܐ ܢܠܒܫ ܘܐܘܠܘܣ ܡܫܒܚܐ ܢܩܪܘܢܗ „ne canatis cantum, quem Nebu Messias in mundo canet. Scilicet aliam „hic speciem induet, Tibicenque blandus vocabitur".

b) I. 106. 11. ܡܬܟܣܐ ܢܒܘ ܡܫܝܚܐ ܒܟܪܣܐ ܕܐܡܗ ܒܬܘܠܬܐ ܥܡ ܦܓܪܗ ܢܦܘܩ ܒܕܡܐ ܘܕܘܝܐ ܘܟܠ ܒܥܘܒܗ ܡܬܪܒܐ ܘܡܢܟܒܗ ܡܝܢܩ „Latebit Nebu Messias in ventre matris suae virginis, cum corpore „deinceps in sanguine et menstruali pollutione exiturus, ejusque in „sinu educandus, et lactens".

c) I. 104. 2. ܐܡܪ ܠܟܘܢ ܠܡܝܐ ܥܒܪܢܐ ܐܬܘ ܓܒܝܢ ܘܠܐ ܬܬܛܒܥܘܢ „Vobis dicet: aquam pertranseo. Venite, mei electi, vos non sub- „mergemini (pro male versis vos autem ne vos immergatis").

d) I. 104. 8. ܟܕ ܣܘܠܩܐ ܥܒܝܕܐ ܘܫܕܝܐ ܡܢ ܐܪܥܐ ܠܫܡܝܐ ܣܠܩ ܘܢܚܬ ܘܦܪܚ ܒܝܢܬ ܫܡܝܐ ܠܐܪܥܐ „facta scalâ, eâque ex „terra usque ad coelum missa, ascendens ille, descendens, et inter „coelum et terram volans".

e) I. 104. 13. ܚܙܘ ܕܐܡܪܬ ܠܫܡܫܐ ܘܟܣܝܗ ܠܢܘܗܪܗ „videte! „sol, me jubente, splendorem suum obtexit".

ta f), ut & sui in igne manifestatione g), ideoque divino honore sibi vindicato h). Qui autem, utcumque a cultoribus sui inauguratus I. 102. 20, baptismoque Johannis proverso i), sub adventum Genii Anusch, gubernante Pilato, affectus supplicio est. Tamen nonnisi corpus occisum. Anima superstitioni ipsius superfuit k).

---

f) I. 108. 3. ܚܙܘܢ ܕܐܢܐ ܗܘ ܡܚܝܢܐ ܡܝܬܐ ܘܡܩܝܡܢܐ ܩܝܡܬܐ „videte! vitam mortuis reddo, facioque, ut resurgant".

g) I. 56. 1. ܡܫܝܚܐ ܡܬܝܠܕ ܒܨܘܪܬܐ ܐܚܪܬܐ ܕܠܒܝܫ ܢܘܪܐ ܘܡܟܣܐ ܢܘܪܐ ܘܒܥܒܕܬܐ ܒܢܘܪܐ ܡܚܘܐ „nascetur Messias alia etiam specie, „scil. igne vestitus, igne tectus, et in igne prodigia ostensurus".

h) I. 56. 8. ܐܡܪ ܐܢܐ ܗܘ ܐܠܗܐ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܕܐܒܝ ܠܗܪܟܐ ܫܕܪܢܝ „dicit ille: sum Deus, Fillus Dei, Pater meus huc me misit". I. 106. 18. ܐܢܐ ܗܘ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ - ܐܢܐ ܗܘ ܐܒܐ ܐܢܐ ܗܘ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܢܦܩܬ ܡܢ ܢܨܪܬ ܡܕܝܢܬܐ „Deus sum verus, sum Pater, sum Spiritus Sanctus, ex urbe Nesrat exii".

i) I. 108. 6. ܐܝܬܘܗܝ ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ ܘܡܥܡܕ ܠܗܘܢ ܒܫܡܐ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ „perverso baptismo vivo, baptizat in nomine „Patris, Filii et Spiritus Sancti".

k) I. 110. 14. ܢܟܕܒܗ ܠܡܫܝܚܐ ܪܡܝܐ - ܕܠܐ ܙܩܝܦܬܐ ܢܙܩܦܝܘܗܝ ܘܒܬܪ ܢܛܫܐ ܗܘ ܡܕܡ ܒܟܬܒܐ ܕܡܫܡܫܢܘܗܝ ܘܢܬܒܕܪܘܢ ܗܪܟܐ ܘܗܪܟܐ ܢܦܫܐ ܕܝܠܗ ܒܛܘܪܐ ܕܡܘܪܐ ܡܬܛܫܝܐ ܘܦܘܠܚܢܐ ܒܬܪ ܚܘܡܐ ܐܝܟ ܥܢܢܐ ܕܫܡܫܐ „(Anusch) arguet mendacii Messiam dolosum, crucique eum figet. „cujus tamen, corpore occiso, dispersisque huc et illuc ejus cultori„bus, anima in monte Moro se occultabit: vestigiis autem sui erro„ris, instar fumi solaris post aestum, manentibus".

ܝܛ

ܝܬܪܘܢ *Jatrun* (ex ܝܬܝܪ *excellens*) appellatus Genius, quem patrem Schelmaj, custodiæ Jordani una cum Nedbaj præpositus, habuit, quem vero hic usque ad sui fere cædem offendit. Etenim adversus Septem Stellarium molimina satis sui constans non fuerat. Hortatus erat Spiritus, ut, itinere ad memoratum flumen suscepto, in ejus aqua digitos ablueret; cessurumque ipsi in facti pretium universi imperium promiserat. Neque non consilio tam perfido obsequium stetit. Quo autem iræ piaculum paternæ filius ille contraxit, neque eo nisi aliena intercessione solutus fuit II. 30. 20.

ܟ

ܟܝܘܢ *Kivan* (H. כיון, Syr. ܟܐܘܢ, Ar. Pers. كيوان) *Saturnus* Septem Stellaris. Origo vocis incerta: variæque de ea conjecturæ. Tamen hæc verisimiliter כון H. Ch. *recte constituit, disposuit*, Syr. *fuit, exstitit, naturalis factus est, naturam induit* s. *indidit*. Ar. id. Ratioque apud Plinium (Lib. II. §. 39): (*Stellæ*) *in suo quæque motu naturam suam exercent: quod manifestum Saturni maxime transitus imbribus faciunt*. Quibus congruunt hæc apud Tacitum (Hist. L. V. 4): *quod e septem sideribus, quis mortales reguntur, altissimo orbe, & præcipua potentia, stella Saturni feratur: ac pleraque cælestium vim suam & cursum septimos per numeros conficiant*. Malefi-

cam vero stellam Saturni æstimarunt antiqui. Macrob. L. I. p. 123: *Saturni autem Martisque stellæ ita non habent cum hominibus competentiam — — — Ideo minus commodi vitæ humanæ existimantur.* Propert. L. IV. Eleg. I. v. 84. *Est grave Saturni sidus in omne caput.* Juven. Sat. 6. v. 569: *Hæc tamen ignorat, quid sidus triste minatur Saturni.* Lucian. L. I. v. 650: *Summa si frigida cælo — Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes.* Plin. L. II. c. 8: *Saturni sidus gelidæ ac rigentis naturæ.* Quare Indianis Shani i. e. *humidum, frigidum* id vocatum (Syst. Brahm. p. 235). Atque Arnob. L. IV. *Senex Saturnus — annorum vetustate jam frigidus.* Sicut & idem *Senex, canus, tristis, & fusco colore* apud Latinos & Indianos fictus fuit (System. Brahm. p. 235). At vero de ipso Saturni cultu hæc apud Muhammed Abi Taleb 1): *Templum Saturni sexangulum est, nigrique co-*

---

1) هيكل زحل بنا مسدس الشكل اسود الحجارة والستور فمثل فيه صورة زحل رجل اسود شايب هندي في يده فاس ومثله اخر في يده رشا ينشل به دلو من بير ومثله اخر ينظر في العلوم القديمة الخفية ومثله اخر نجار بنا ومثله اخر ملك علي فيل وحوله بقر وجاموس وهذه الصور في جدرانه وفي وسط الهيكل كرسي علي مقعد الي تسع درجة وعلي الكرسي صنم من حجر اسود فالصابية كان من شانهم ان ياتوا الهيكل يوم

loris ut lapidibus structum ita cortinis obductum: positis huic Numini imaginibus varii generis, una Indiani nigrique senis, qui securim manu tenet, altera hominis, qui demissam in puteum urnam ope funis tollere nititur, tertia viri, secretis literarum iisque antiquis intenti, quarta fabri lignarii, & quinta regis, elephanti insidentis, bove & bubalo a latere effigiatis. Quæ figuræ in parietibus expressæ. In medio autem templo fuit solium, ducta in orbem scalâ novem graduum sublime, Saturnique simulacro lapideo & fusci coloris illustre. Adierunt vero hoc Sabii die sabbathi, iique nigro induti, & gestantes manu frondosos oleæ ramos, de collo appensis etiam monilibus, quæ ex olivis contextæ erant. Bove annoso tum Deo litatum est. Ductusque hic oleo adspersus in foveam, igne subjecto, cremabatur, voto hoc nuncupato: sanctissime Deus, cui male, non bene facere insitum est, obtulimus tibi, quod tui simile est, accipias id, numenque tuum malignum a

---

السبت وقد لبسوا السواد واخذوا في ايديهم اغصان
الزيتون المورقة وتقلدوا بقلايد منظومة من الزيتون
وقربانهم ثور مسنن ياتون به الي بيت محفور فوقه ذرا
بزيت ثم يوقدوا تحته النار حتي يحترق وهم يقولون
ايها الاله المطبوع علي الشر الذي لا يفعل خيرا
قربنا اليك ما يشبهك فتقبل منا واكفنا شرك وشر
ارواحك *

nobis avertas. Gens autem (ita Nazaræi), quam jejunantem, cœlibem & oppressam *), hic Septem Stellaris sibi condidit, eaque utriusque sexus, stuprum ab hujus Dæmonibus passa, etiam Dæmones peperit m). Neque his alii pejores. Quippe qui, specie non modo hominis sed & interdum lucis induta, suos discipulos, ludibrio habitos, superstitione nefanda imbuerunt n).

---

*) I. 212. 3. [illegible] „tributa fuit τῷ Kivan malitia, ex qua decrementum et detrimen„tum exstitit.

m) II. 80. 14. [illegible] „quibus ubi Errones, Daemones et Larvae concubuerant, „nati fuerunt Daemones, scil. masculini generis ex feminis, femini„ni vero ex maribus, corpore a quovis assumto".

n) II. 80. 19. [illegible] „concumbentes „hi sibi invicem, semine sumto, Jordanique aquâ libamini rerum „novarum, veterum, immista, in modum Viri Novissimi, doctrinam „suam divulgant, animâque interclusa quicumque in sua pollutione „obierit, ejus ori margaritam aquae nigrae oleumque ingerunt".

ܟܠܕܝܐ *Kaldoji*, nota gens; quæ hariola, peccandique illecebris potens, ad cultum ignis cœlique stellantis voce & exemplo plurimos traduxit o).

ܟܘܡܪܐ *Kumri* (ex H. כמרים sacrificuli idololatrici, Aram. כומרא id.) appellati Dæmones Stellæ Nerig (Martis), cæde & sanguine gaudentes, vereque *Carnifices* nominati p).

---

o) I. 114. 3. ܩܝܡܝܢ - ܒܠ ܐܬܪܐ ܕܛܠܝܠܐ ܘܒܠ ܛܘܠܢܐ ܘܒܠ ܛܘܪܐ ܘܒܠ ܐܪܝܡܬܐ
- ܡܦܩܝܢ ܠܗܘܢ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܡܢ ܐܘܪܚܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܘܡܛܥܝܢ ܠܗܘܢ
ܒܛܒܠܐ ܘܒܐܒܘܒܐ ܘܒܛܥܝܘܬܐ - ܘܡܫܩܝܢ ܠܗܘܢ ܡܫܬܝܐ ܕܪܚܡܘܬܐ
ܘܟܣܦܐ ܘܕܗܒܐ ܘܒܨܠܡܐ ܕܒܝܬܐ ܕܒܢܐ ܡܢ ܛܝܢܐ
ܘܡܣܓܕܝܢ ܠܥܒܕܐ ܕܐܝܕܝܗܘܢ - ܘܐܦ ܠܢܘܪܐ ܘܠܟܘܟܒܐ ܕܢܗܘܘܢ
ܣܓܕܝܢ ܠܗܘܢ ,,versantes hi in locis humidis et umbrosis, aut mon-
,,tosis et editis, deducunt quoque illuc a vera fide alios homines,
,,eosque tympanis et fistulis in errorem inducunt. Quomodo nec mi-
,,nus potu amoris, lucro auri argentique, et structi ex luto sacelli
,,imaginibus eos inebriant, atque, ut opera manuum suarum aut
,,ignem stellasve adorent, efficiunt".

p) I. 54. 19. ܫܠܚܝܢ ܘܡܫܠܚܝܢ ܘܡܦܫܩܝܢ ܠܗܘܢ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܘܒܣܪܐ ܕܠܗܘܢ
ܘܡܦܪܝܢ ܐܕܡܐ ܒܐܪܥܐ ܘܡܬܩܪܝܢ ܡܫܠܚܢܐ ܟܘܡܪܐ ܕܒܚܐ ܘܢܟܣܐ
,,Exuunt hi, impetu facto, filios hominis, eorumque carne lacerata,
,,sangvinem per terram effundunt. Quamobrem hi etiam Excoria-
,,tores (s. Carnifices) Sacrificuli, Immolatores, et Feriantes (s. Vi-
,,ctimarii) vocati".

ܟܢܘܢܐ *Kanuno* i. e. *Aurora*, a כנן *obtexit, obumbravit,* nomen adepta. Quippe quæ, ut mox, appellata est, non modo ܡܟܢܢ (ex memorato verbo) *obumbrata* obscuro noctis (unde diluculum ܛܘܠܠܐ ܨܦܪܐ *umbraculum matutini temporis,* sicut crepusculum ܟܘܣܝܐ ܕܪܡܫܐ *integumentum vespertini temporis* vocatur q), sed etiam ܡܬܢܐ (ex Ch מתן *humidus fuit*) *humens.* Eaque trans montem Taturo i. e. Taurum ad portam Jasono i. e. medium cœli (vide p. 68.) a Duodecim Angelis Zodiacalibus ducta r). Sicut etiam, ne quid obscuri subesset, hæc in sequenti pag. lin. 5 vulgato vocabulo ܢܓܗܐ *aurora* reddita

---

q) II. 48. 24. ܠܕܡܫܩܠܬܗ ܠܕܝܙܝ ܙܘܛܐ ܘܡܫܩܠܝܬܗ ܡܢ ܛܘܠܠܐ ܨܦܪܐ ܘܠܟܘܣܝܐ ܪܒܐ ܕܪܡܫܐ (o redundat) ,,prehendi ,,Dizaj Zuto, eumque ab umbraculis matutini temporis ad magna ,,tegmina vesperae transegi".

r) II. 182. 6. ܕܒܪܝܗ ܬܪܥܣܪ ܡܠܐܟܐ ܒܛܘܪܐ ܕܚܫܘܟܐ ܛܛܘܪܐ ܠܡܥܒܪܗ ܠܡܪܬܐ ܕܢܗܘܪܐ ܘܡܥܠܝܢ ܠܗ (o redundat) ܠܒܒܐ ܕܝܣܘܢܐ ܐܬܪܐ ܕܠܒܪܘܝܐ ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܡܣܝܡܐ ,,ducunt ,,(Auroram) duodecim Angeli per montem obscuratum Taturo ,,(i. e. Taurum), illam Dominam lucis trajecturi, et ad portam ,,Jasono (i. e. mediam coeli partem), locum conditori ,,coeli et terrae constitutum, traducturi".

fuit s). Atque pari modo Virg. Aen. III. 589. V. 105. VI. 535.

Humentemque Aurora polo dimoverat umbram.
Auroram Phaëthontis equi jam luce vehebant.
Hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis
Jam medium ætherio cursu trajecerat axem.

i. e. Aurora, quadrigis suis ab oriente evecta, modo Solis sequentis, suum decursum per cœli convexam, & quidem mediam ejus partem confecerat. *Axis* enim Poëtis pro *cœlo* dictus.

ܛܘܪܐ ܩܪܢ *Kerun Turo* (ex ܩܪܢ pro ܩܪܢܐ *cornu* & ܛܘܪܐ *mons*) nominatus Archidæmon, qui una cum suis 366 Diabolis natus ab Ur, primogenito Dæmonis Gaf (mater illius patris a 24 Diabolis stuprata) I. 236. 35, cognominatus ܣܦܓ ܒܪ *Bar Sefag* (ex ܒܪ *filius* & Ch. ספג pro

---

s) II. 184. 4. [illegible] (lege [illegible]) [illegible]
[illegible]
[illegible] (lege [illegible]) [illegible]
[illegible] „patefaciam tibi „vicissitudinem, prima luce ortam, quae alios laetitia, alios tristitia „afficiens, principium est lucis, vir purus, juvenis negotiator, ac„cinctus, munitus, et armatus, tempori praepositus, dominus striga„rum lucis, dominus, cui splendor aptatus, radiique lucis commissi „sunt". Ita vertendus, jam opinor, hic et proxime praecedens locus: qui uterque obscurus male a me versus fuit.

פסס *percussit*) *Percussor* I. 236. 19. fuit, plerumque cum epitheto [illegible] [illegible] i. e. *Carnosus* I. 236. 13. I. 264. 18. Neque hic a Latinorum *Fauno Bicorni*, qui *Deus inferus & pestilens* Porphyrio dictus est, probabiliter diversus. Idemque ceterorum Infernalium, qui etiam [illegible] *Turi* i. e. *Fauni* appellantur *), adspectu fœdus t), & princeps horrendus u), tamen ab Aebel Zivo oppressus.

---

*) E. g. I. 272. 10. [illegible] „ivit mecum ad Gaf (principem ca„liginis), cui ego dixi: pax tibi, Turo, potentissime omnium „regum (caliginis)".

t) I. 264. 19. [illegible] „ossibus ille destitutus, cinerique simi„lis: quomodo aqua, ipsi subjecta, etiam cinerea, nec nubibus dis„similis".

u) I. 156 3. [illegible] „in suo loco se suo indumento „explevit, mundique explementum evasit, commotusque bile mala, „effudit eructans calorem aestuantem, igni similem, atque dixit: „surgam ascendens e loco caliginis, fulmineque mei decoris meae „barbae adjuncto, toti mundo, meis funibus circumdato, incendium „conflabo, magnatesque suis thronis dejiciam".

Appellatio autem ܩܪܩܘܡ *Karkum* etiam huic adjecta I. 264. 16. Unde & eam, quæ Orci (Plutonis), generatam fuisse, quis sibi facile persvaserit.

ܩܪܡܠܐ *Karmelo* (H. כרמל, *jugum*, viridibus pascuis abundans) vocatus ille Mons, quem Septem Stellares una cum Duodecim Stellaribus conscenderunt, ibi ope artis suæ obscuræ perniciem generi humano, sibi autem telluris imperium paraturi x).

ܟܘܫܛܐ *Kuschto* i. e. *Veritas*, Vitæ Primæ nuntio, eaque missa, quæ ope epistolæ, ab hac acceptæ, Genium Fetahil præmoneret, ut a cohorte lapsa se caveret III. 6. 20.

ܠ

ܠܠܝܬܐ *Leljoto* (H. לילית Jes. 34. 14) proprie *Laniæ* s. *Striges*, nocturnæ aves, improprie *Larvæ*, spectra nocturna, etiam poëtis *Alatæ mulieres* vocata Boch. Hie.

---

x) I. 208. 3. ܝܬܒܝܢ ܘܚܪܫܐ ܥܒܕܝܢ ܘܐܡܪܝܢ ܩܘܡܘ ܢܟܪܐ ܢܟܪܝܐ ܘܢܦܫܐ ܒܗ ܢܪܡܐ ܚܪܫܐ ܢܥܒܕ ܘܢܐܚܘܕ ܠܥܠܡܐ ܟܠܗ ܢܐܚܘܕ ܠܥܠܡܐ ܟܠܗ ܒܪܘܝܐ ܘܒܪܓܬܐ ܕܚܡܪܐ ܕܪܐܙܐ ܘܒܗ ܢܙܝܥ ܠܥܠܡܐ ܟܠܗ „sedentes, hi praestigiisque usuri, dicebant: surgentes fossam paremus, atque, menta in eam injecta, magice agendo, totum mundum capiamus. Capiamus totum mundum ope ebrietatis, cupidineque vini arcane illata, hujus etiam vi totum mundum concutiamus".

roz. II. p. 832. Quod itaque nomen melius per *Larvas*, inferorum umbras, quam, ut verti II. 196. 7 & alibi, per *Dæmonissas*, vertetur.

ܠܒܗܬ *Lebhat* per Sync. ܠܝܒܬ *Libat* (ex להב *inflammavit*) cum prænomine ܐܣܬܪܐ *Astro* i. e. *Stella*, cognomen est *Spiritus Venerei* I. 54. 3. Deaque hæc pulchritudinis & amoris, generis autem humani per irritamenta libidinis corruptrix I. 54. 8. I. 98. 5. Vide supra ܐܣܬܪܐ, & infra ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܬܐ.

ܠܘܝܬܢ (H. לויתן *serpens*, *crocodilus*, *draco*) appellatus pater Martis, *Nerig* nominati, *Abdolo* cognominati II. 104. 13. II. 100. 10, cujus vero mater Spiritus fuit II. 104. 11. Vinctusque ille, quamdiu mundus sibi constabit. Qui autem sub ejus finem, & quidem Sofo bar Burzan regnaturo (hunc Fratres Jovis in throno Fetahilis, splendore Solis, Lunæ, Siderumque ipsi dato, collocabunt), fræno oris sui soluto, non modo Septem, Duodecim & Quinque Stellares, sed etiam cujuscumque generis Dæmones & Dæmonissas devorabit III. 94. 1 seq.

ܠܝܚܕܝܐ (Syr. ܠܝܚܝܕܝܐ) *Singularis* appellatus etiam Anusch F. Schetel F. Adam, a Vita Prima, Domino celsitudinis, procreatus Genius y). Qui vero & ipse Genios

---

y) II. 136. 19. ܡܢ ܗܝ ܐܪܥܐ ܕܝܢ ܡܪܝܐ ܠܝܚܕܝܐ ܕܢܦܩܗ ܗܘܐ ܡܢ ܠܝܚܕܝܐ ܗܘ ܐܢܐ ܠܝܚܕܝܐ ܕܐܝܬ ܐܢܫܐ ܕܢܦܩܗ ܗܘܐ ܡܢ

procreavit z). Sicut nec minus hi Genii Filii Vitæ Primæ appellati, jubente hac, Genium ejusdem nominis, cum prænomine autem Rabi Taljo II. 108. 16, unumque Geniorum apud Jarbo versantium II. 76, 20, procrearunt a).

ܠܗܒܘܢܐ *Lebonæ* (coll. Ch. לחן *melodia, modulatio*, Ar. لحن *cantu usus, modulatus fuit*, لحان *cantans concinne*) verisimiliter eædem quæ *Sirenes*, monstra marina, partim virgines partim volucres, fictæ meretrices, voce aut tibia hominem quemcumque transeuntem ad naufragium & stuprum deducentes II. 196. 8. Dubiumque, annon *Lucina*, Proserpinæ cognomen, inde etiam originem acceperit.

ܠܛܝܪܐ *Latire* (coll. Syr. ܙܡܪ *cecinit*) item species *Sirenum*; quas vero, discriminis caussa, per *Laras* (coll. *Lara*, nympha Tyberina, jussu Jovis, ad inferos per Mer-

---

„Me (Anusch cfr. lin. 16.) vocarunt Genium magnum, praestan„tem, Lehdojo (i. e. Singularem), suique juris, qui etiam ipse se „sui juris, Dominum justum, suique juris ac constantem vocavit".

a). II. 106. 10. [Syriac text] „a Domino celsitudinis exstitit Lehdojo, „Dominus justus, sicut ex hoc Filii peculiares Vitae Primae exsti„terunt".

a) II. 108. 1. [Syriac text] „Genii hi exierunt, jubente Domino celsitudinis, ad „patentem Jordanum, et procrearunt Lehdojo, Dominum justum".

curium ducta, ut inter Nymphas Stygias constitueretur), reddere licebit.

ܣ

ܣܕܐ ܡܢܐ *Mano Sado* (ex ܡܐܢܐ *instrumentum* & ܣܕܐ *cippus*, ab Ar. سد *occlusit* ostium, *obstruxit* viam) *Ergastularius* animam quamcumque impiam, corpore suo egressam, & illius ergastulum, itinere in sedem lucis suscepto, transituram, suppliciis varii generis afficit *).

ܡܗܪ ܘܪܘܫ ܘܪܐܣܬ *Muhr & Rusch & Rast* tria totidemque Geniorum cognomina, suam cujusque virtutem indicantia; sed Persicæ originis; quippe quæ ducta, illud a مهر *mihr* i. e. *luminare* seu *Sol* seu *Luna*, quo *Aebel* (ab بهر *nituit*, de quo infra), istud a روش *ordo, series*, quo Schetel (a שתל *plantavit, ordine collocavit*, de quo item infra), hoc a راست *rectus, justus, verus*, quo

*) III. 170. 11. ܐܙܠܬ ܗܘܬ ܢܫܡܬܐ ܠܡܒܩܪ ܒܝܬ ܐܣܝܪܐ ܕܐܚܝܕ ܗܘܐ ܡܢܐ ܣܕܐ ܫܠܚ ܗܘܐ ܗܢܐ ܘܡܢܓܕ ܘܕܐܢ ܕܝܢܐ ܕܠܐ ܕܝܢܐ ܢܫܡܬܐ ܚܝܒܬܐ ܒܡܚܘܬܐ ܕܢܘܪܐ ܚܪܫܬܐ ܡܚܐ ܘܪܡܐ ܠܗܝܢ ܠܦܘܡ ܟܘܪܐ ܐܝܟ ܪܚܫܐ „Abiit anima, exploratura ergastulum, quod tenebat Mano „Sado: Exuens vero hic, flagellans, damnans judicio sine judicio „(i. e. saeve) animas reas, flagro ignis veneficas caedens, easque ut „reptilia ori fornacis injiciens“. Cfr. III. 174. 2. 180. 2. 182. 6. 184. 14. 188. 1.

Anusch (ab אנש, انسان *mansvefactum animal, homo*, de quo supra) appellatus est b).

ܡܚܡܕ ܒܪ ܒܙܒܬ ܐܪܒܝܐ (lege ܥܪܒܝܐ) *Mahamad bar Bezbat Arbojo.* i. e. *Mahamad prædo Arabs* (ducto ܒܙܒܬ ex Syr. ܒܙܙ *diripuit*, mutato ܙ in cogn. ܬ) vates omnium ultimus, orbique universo sæve atque omnis in religionis oblivionem seu contemtum imperaturus c).

ܡܐ ܣܝܘܐ *Me Sejave* (ex ܡܝܐ *aqua*, & Ch. סחו *natavit*, Syr. ܣܚܝܐ *natatio*, Ar. ساخ *immersus fuit* pes in lutum, *subsedit in fundo*, سواخة *multum, copiosum lutum*, unde Gr. Στυξ, inde ςυγεω, *Aqua Stygia*, ut apud Tibullum, eademque quæ *Styx atra, Stygius Orcus, Stygius lacus, Stygia palus, Stygiæ tenebræ, & nigra Tartara* apud

---

b) II. 210. 14. ܐܒܠ ܘܫܬܠ ܘܐܢܘܫ ܕܗܢܘܢ ܡܘܗܪ ܘܪܘܫ ܘܪܣܬ
„Aebel, Schetel, et Anusch, id est Muhr, Rusch, et Rast".

c) I. 116. 2. ܐܚܪܝ ܕܢܒܝܐ ܟܠܗܘܢ ܢܒܝܐ ܡܢ ܐܪܥܐ ܢܩܘܡ ܐܬܐ ܕܝܢ ܢܒܝܐ ܐܪܒܝܐ (lege ܥܪܒܝܐ) ܘܡܫܠܛ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܠܥܠܡ ܘܢܣܓܐ ܐܘܠܨܢܐ ܒܥܠܡܐ ܐܪܐ ܒܬܪ ܡܫܠܛܢܘܬܐ ܗܕܐ ܥܠܡܐ ܒܫܓܘܫܝܐ ܢܩܘܡ_ܠܐ ܐܚܪܢܐ ܒܥܠܡܐ ܕܢܬܢܒܐ ܘܕܚܠܬ ܐܠܗܘܬܐ ܡܢ ܐܪܥܐ ܢܫܬܩܠ
„post omnes Prophetas Propheta e terra surget. Venturus autem „ille Propheta Arabs, in omnes gentes regnaturus. Augescetque in „mundo tum oppressio. Tamen post hanc dominationem, qua mun„dus tumultuose insurget, non alius in mundo Prophesa vaticinabi„tur: religioque Numinis ex terra tum tolletur".

Virgilium. Neque hæc diversa a fluvio Indianorum infernali Yamuna, quo animas impias ad orcum (situs ille ad verticem mundi australem, sicut paradisus ad ejus australem fingitur) devehi, memoria est (Mus. Borg. Vel. Cod. MSS. p. 236 seq.). Eaque est locus niger & exitiosus d). Quocirca ܡܝܐ ܣܝܘܐ verba, collato Ch. סיואה *Sivæum* vestimentum a loco dictum, ubi nigris semper utebantur vestibus, minus recte per *Aquam Nigram* ubique a me translata fuerunt.

ܡܠܐܟܐ *Malaki* (H. מַלְאָךְ) *Angeli*, sive *Boni*, qui ܡܠܐܟܐ ܕܙܝܘܐ *Angeli splendoris*, ܡܠܐܟܐ ܕܢܗܘܪܐ *Angeli lucis*, & ܡܠܐܟܐ ܕܬܘܫܒܚܬܐ *Angeli hymni*, sive *Mali*, qui ܡܠܐܟܐ ܕܢܘܪܐ *Angeli ignis*, ܡܠܐܟܐ ܕܢܘܣܦܪܐ *Angeli defectionis*, ܡܠܐܟܐ ܕܢܘܣܒܐ *Angeli defectionis* appellati: I. 14. 18. I. 24. 20. I. 46. 14. I. 64. 8. I. 152. 20.

---

d) II. 206. 4. ܕܡܬܩܪܐ ܢܗܪܐ ܠܥܠܡܐ ܕܚܫܘܟܐ ܡܝܐ ܣܝܘܐ ܐܡܬܩܪܝܘܢ ܕܐܙܠܐ ܗܘܐ ܕܡܝܐ ܣܝܘܐ ܐܟܡܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܕܡܬܩܪܝܢ ܘܠܐ ܢܫܬܐ ܡܢܗܘܢ ܐܢܫ ܘܡܬܦܠܓܝܢ ܗܪܟܐ ܘܗܪܟܐ ܕܡܝܬ ܕܡܢܗܘܢ ܢܫܬܐ ܘܕܒܗܘܢ ܢܥܘܠ ܘܠܐ ܐܢܫ ܕܡܢܗܘܢ ܗܘܐ ܪܝܚܗ ܕܡܬܦܪܩ ܚܝܠܗ ,,torrens, qui ,,ad mundum caliginis tendit, Aqua Sivaea, quia nigra Aqua Sivaea ,,est, vocatur. Nec inde quisquam bibere poterit. Spumansque illa, ,,ebulliens, et huc, illuc agitata: morituro, qui inde biberit, et qui ,,eam intraverit, coctivo. Nec aliquis odorem ipsius odoratus fuerit, cujus robur non inde penitus solvetur".

ܡܠܘܫܐ *Malvaschi* i. q. Syr. ܡܠܘܫܐ *Signa Zodiaci.* Quod vero vocabulum per errorem, collato Syr. ܡܠܚܫ, & in Codice & in ejus Lexidio per *incantatores* redditum est. Epitheton hoc Duodecim Stellarium: quibus, Zodiaco ipsis viritim per Septem Stellares diviso, plurimum mali originem debet e).

ܡܢܕܐ ܕܚܝܐ *Mando di heje* (probabiliter ex ידע *scivit*, Ch. מדעי, littera נ pro Dagesch substituta, *sciens*) cognominatus *Præco* s. *Nuntius Vitæ*, qui nominatus *Javar.* Qua autem appellatione item Gens Nasaræa ܡܢܕܝܐ *Mandoji*, Syr. ܡܢܕܝܐ *Mandai* dicta, innotuit I. 2. 6. 10.

ܡܢܐ *Mano* (ex מון *species, idea, similitudo*) i. e. *Imago* divinitatis, nomen, quo appellatur 1 Rex lucis f);

---

e) I. 226. 2. ܒܝܕ ܫܒܥܐ ܡܠܟܝ ܡܠܘܫܐ ܐܬܦܠܓܘܗ ܡܘܬܐ ܠܥܠܡܐ „Septem Stellaribus Signa Zodiaci inter Duodecim Stellares (non „ut redditum est se) partitis, illata fuit mors in mundum". II. 204. 13. ܟܘܟܒܐ ܡܠܘܫܐ ܡܢܗܪܝܐ ܒܥܠܡܐ ܗܘܝܢ ܕܡܫܟܪܝܢ ܠܢܗܘܪܐ ܠܘ ܐܒܘܗ ܕܠܗܘܢ ܗܘ „Stellae Zodiacales in mundo qui„dem illuminatae: quae tamen, utcumque luci praepositae, splen„dorem per se non habent". III. 94. 14. ܠܫܒܥܐ ܡܠܟܠܘܢ ܘܬܪܥܣܪ ܡܠܘܫܐ ܘܚܡܫܐ ܡܕܒܪܢܝܗܘܢ „devorabit Septem „Stellares, ac Duodecim Zodiacales, ut et Quinque Stellares, eorum „duces".

f) I. 130. 12. ܒܝܕ ܗܘܐ ܦܪܚܐ ܡܠܟܘ ܦܪܚܐ ܘܒܝܕ ܗܘܐ ܐܢܐ ܡܠܟܘ ܘܒܝܕ ܗܘܐ ܡܢܐ ܪܒܐ ܕܝܩܪܐ „fuit per se Ferho (Supremum

2 Aeon quisque ab eo procreatus g); 3 Anima humana h).

ܡܢܘܢܝܐ *Menunæi* forsitan *Manichæi*, gens, cui Manes, sui conditor, nomen fecit. Tulit hic legem, ut quisquis suæ sectæ de nomine Electi bene mereri vellet, non solum carne, ovis, lacte, pisce omnis generis, potuque inebriante, sed etiam conjugio & Venere abstineret; quo autem præcepto improbam turpemque cupidinem incendit magis, quam compescuit. Sic etiam *Menunæi* in fœdam libidinem maximopere projecti fuerunt i).

„Numen), ut et fuit per se Ajar (ejus Pleroma); sed exstitit Mano, Dominus gloriae".

g) I. 130. 14. ܗܘܘ ܡܢܗ ܡܐܢܐ ܐܚܪܢܐ ܘܪܘܪܒܢܐ ܝܩܝܪܐ ܕܙܝܘܗܘܢ ܐܬܩܝܦ ܘܟܒܝܪ ܢܗܘܪܗܘܢ „ab illo (Rege lucis) exstiterunt alii Mani, iique Magnates praestantissimi, quorum splendor excellens, et „lux magnifica est".

h) III 192. 17. ܡܐܢܐ ܐܢܐ ܕܚܝܐ ܪܒܐ ܒܬܒܝܠ ܡܢ ܐܪܡܝܢܝ — ܘܒܐܬܗܘܢ ܕܦܓܪܐ ܡܢ ܪܡܝܢܝ „Aeon sum Vitae Summae. In tellure „quis me collocavit? in truncum corporeum quis me misit". Cfr. Liturgias sequentes, de migratione animae, etiam ibi ܡܐܢܐ Aeon appellatae, agentes.

i) II. 86. 9. ܒܟܠܗܝܢ ܕܒܪܝ ܘܐܢܬܘܬܐ ܒܪܫܝܗܘܢ ܡܬܠܝܠܢ ܘܡܪܦܝܢ ܘܡܩܛܠܝܢ ܘܒܛܠܝܢ ܒܪܫܝܗܘܢ ܠܡܫܟܢܐ ܘܡܩܒܠܝܢ ܠܒܢܐ ܐܢܫܐ ܘܡܩܒܠܝܢ — lin. 15. ܘܡܣܬܦܪܝܢ ܒܟܠܝܠܐ ܕܙܢܝܘܬܐ (Feminae), „coronis lasciviae ac scortationis in capite positis,

ܡܩܝܡܢܐ *Mekajmo* i. e. *Oeconomus*, nomen cum prænomine ܥܬܪܐ *Utro* (i. e. *Genius*) Vitæ Secundæ additum k).

ܡܪܓܙܝܠ *Margazil* (ex ܪܓܙ *commotus, iratus fuit*, & ܐܝܠ *potens*) unus quatuor Custodum, qui regi caliginis Ur ab occasu sui ergastuli attenderent. Ceteri fuerunt ܥܙܙܝܠ *Azazil*, ܥܙܙܝܐܝܠ *Azazjoil*, & ܬܩܦܝܠ *Takfil*; qui nominati, ille & iste ab ܥܙ *fortis*, hic vero a ܬܩܝܦ *potens*: addito *intensive* singulis, primo & alteri ܐܝܠ *potens*, tertio autem ܝܐܝܠ ex H. יאל *voluit*, *sibi proposuit* I. 308. 1. ܡܪܕܘܟܝܐ vide ܐܪܕܘܟܐ.

ܡܪܐ *Moro* nomen Montis vide ܦܪܘܢ.

ܡܪܐ ܕܒܝܬܐ *Moro di bajto* i. e. *Præfectus s. Curator fabricæ* mundanæ: quo titulo honoris innotuit, non modo Aebel Zivo I. 208. 15, qui creatione universi, quam Fetahil inchoaverat, perfecta, ܡܪܐ ܕܥܠܡܐ *Dominus mundi* item

---

„nudatisque in stultitiam pectoribus, ut et laciniis in impudentiam „accisis, captivant filios hominum et prosternunt. Vocatique hi „Spiritus Electi".

k) I. 132. 9. ܩܕܡܝܐ ܗܝܝܐ ܡܬܩܢܝܢ ܒܕܡܘܬܐ ܕܡܪܐ ܡܢܐ ܕܡܢܗ ܗܘܐ ܡܬܒܥܝܢ ܒܬܘܫܒܚܬܐ ܘܡܫܬܟܚܝܢ ܠܩܕܡܝܬܐ ܕܢܗܘܐ ܥܬܪܐ ܡܩܝܡܢܐ ܕܩܪܝܗ ܗܝܝܐ ܬܢܝܢܐ „Vita Prima, componens se in similitu„dinem Domini Mano, a quo exstiterat, variaque precatione utens, „primâ obtinuit, ut existeret Genius Oeconomus (irrepsit per „errorem in nostra versione Demiurgus) qui Vita Secun„da a Vita Prima appellatus est".

vocatus est I. 210. 8, sed etiam Schelmaj II. 30. 17. II. 32. 2, qui una cum Nedbaj tuendo Jordano præpositus fuit.

ܡܪܐ ܕܪܒܘܬܐ *Moro dirabuto* i. e. *Dominus celsitudinis*, ex Netubto s. Netufto (de qua infra) natus l), neque hic a Vita Summa diversus m); qui Geniis habitacula, 444 ad suam dextram, 366 ad suam sinistram, condidit, iisque singulis non modo mille & octagies mille myriades Geniorum assignavit, sed & duo custodes præposuit I. 240. 11; sicut etiam Nuntium Vitæ Aebel Zivo ejusque duos fratres Schetel & Anusch in Jordano aquæ vivæ baptizavit, i. e. nomini Vitæ Summæ (Regis lucis) initiavit I. 242. 12.

---

l) II. 106. 9. ܡܢܗ ܡܪܐ ܕܪܒܘܬܐ ܡܪܐ ܕܟܠܗܘܢ ܐܘܬܪܐ „a Ne„tufto exstitit Dominus celsitudinis, Dominus omnium Geniorum. I. 242. 16. ܡܪܐ ܕܪܒܘܬܐ ܐܡܪ ܒܪܝܫ ܡܝܐ ܢܦܩܬ ܘܒܪܝܫ ܡܒܘܥܐ ܕܚܝܐ ܐܬܝܬ ܠܗܟܐ „Dominus celsitudinis dixit: in principio aquae exii, „in principio scaturiginis Vitae huc me contuli"; i. e. cum Vita triplex ex Jordano existeret, ego sui ordinis Vita Summa exstiteram.

m) I. 236. 11. ܟܕ ܢܣܒ ܚܝܐ ܩܕܡܝܐ ܩܪܘܗ ܠܡܠܐܟܐ ܕܚܝܐ — ܩܪܘܗ ܠܗܒܝܠ ܙܝܘܐ ܗܘܐ ܐܠܦܝܢ ܐܠܦܝܢ ܫܢܝܢ ܩܕܡܘܗܝ ܕܡܪܐ ܕܪܒܘܬܐ „cum induxisset Vita Prima (h. l. Summa) in animum „dare nomen Nuntio Vitae, Aebel Zivo hic vocatus est, ut et idem „per mille mille annos coram hoc Domino celsitudinis vixit". I. 4. 10. ܡܫܒܚܝܢ ܘܡܨܠܝܢ ܠܡܪܐ ܕܪܒܘܬܐ ܡܠܟܐ ܪܒܐ ܕܢܗܘܪܐ „confiten„do orandoque Dominum celsitudinis, Regem summum lucis, prose„quuntur".

ܡܫܗܐ ܒܪ ܐܡܪܐ *Mescho bar Amro* (lege ܥܡܪܐ ex H. עמרם) Moses, propheta Spiritus; qui ab Adunaj (Sole) in monte Sinai electus, ipsi sacrum piaculare instituit, qui vero piæ fraudis a sua & Israëlis gente (*Abortivi* quoque hæc vocata) accusatus, ut & Ibrahim, ejus conditor, & circumcisionis auctor, mendacii ab hac delatus fuit n).

ܢ

ܢܘܛܪܐ s. ܢܛܘܪܐ II. 196. 8, duo vocabula, quæ, collato Ar. نول *arripuit*, *abstulit*, Syr. ܢܘܠ *afflixit*, *vexavit*, illud per *Exactores*, hoc per *Apparitores*, reddita fuerunt. Quæ vero, ut & in Lexidio Cod. Nas. observatum est, redden-da per *Numina rustica*, scil. unum, coll. Syr. ܢܝܪܐ, per

n) I. 88. 9. ܗܘܐ ܟܢܫܐ ܕܡܫܠܛܐ ܘܒܩܘܪܒܢܐ ܕܙܢܐ ܦܛܝܡܬܐ ܡܩܪܒܝܢܗ ܘܕܡܐ ܕܓܙܘܪܬܐ ܒܗ ܒܡܩܕܫܐ ܐܝܠܐ - ܘܒܕܡܗܘܢ ܒܥܝܢܐ ܢܦܩ ܘܠܦܘܡܗܘܢ ܒܐܦܝܗܘܢ ܡܛܪܦ ܘܡܟܦܪܝܢ ܡܫܐ - ܘܟܕܒܐ ܒܡܫܝܚܐ ܢܒܝܐ ܕܪܘܚܐ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܢܡܘܣܐ ܘܒܗ ܡܟܕܒܐ ܒܒܝܬܗ ܕܐܒܪܗܝܡ ܢܒܝܐ ܕܪܘܚܐ — ܕܠܐܕܘܢܝ ܪܚܡ ܢܦܫܗ ܘܓܙܪ ܘܦܪܫܗ ܡܢ ܐܒܘܗ ܘܐܙܠ ܒܡܠܟܘܬܐ ܒܡܣܟܢܘܬܐ „existet gens Abortivorum, quae, sacrifi-„cio pingui animalis generis oblato, suoque sanguine in sanctuario „per circumcisionem effuso, hunc sanguinem faciei allidens ori illi-„net. Denegabit vero haec Mosem, prophetam Spiritus, qui legem ei „attulit, arguetque mendacii domum Ibrahimi, qui τῷ Adunaj (So-„lis) amans, seque, ut a suo patre distinguatur, circumcidens, „mundum inops peragrabit“.

Incubos, qui ruricolis pro Dæmonibus, pudicitiæ matronali insidiatoribus, habiti sunt (August. de Civit. Dei. Rosin. Antiqu. Rom. p. 184), alterum, coll. H. נואל *stulte egit*, Ar. نال *incessit commoto capite, corporeque agitato*, per *Saltatores* s. *Histriones*, qui Orientalibus stultescere visi, Satyrisque s. Faunis lascivis, Nympharum amatoribus, comparandi.

ܢܒܘ *Nebu*, H. נבו, Syr. ܢܒܘ, (ex נבא *divinavit, nuntiavit*) *Mercurius*, Chaldæorum Deus Jes. 46. 1, tertius Septem Stellaris, etiam nominatus ܡܫܝܚܐ ܕܓܠܐ *Messias mendax* o), veteris veræque religionis & ipse *) & per suos Dæmones corruptor p). Tamen, ut Mercurius Latine *Nuntius*, *Interpres*, ita etiam hic Nasaræ *Scriba*

---

o) I. 54. 4. ܕܡܦܫܩ ܒܬܘܫܡܫܬܐ ܩܕܡܝܬܐ „in falsum interpretans „cultum Dei antiquum".

*) I. 212. 1. ܠܢܒܘ ܕܐܬܝܗܒܠܗ ܚܘܟܡܬܐ ܘܚܘܝܘܗ ܡܪܐ ܕܢܟܝܠܘܬܐ ܕܝܗܒܝܠܗ ܛܒܠܐ ܘܐܡܒܘܒܐ ܕܒܗ ܡܫܬܒܝܢܗ ܒܪܝܬܐ „tributa fuit τῳ „Nebu prudentia, ut et ipsi, domino calliditatis constituto, tympana „cum tibiis, quibus captivae ducerentur creaturae, tributa sunt".

p) I. 54. 9. ܫܐܕܐ ܕܢܒܘ ܡܫܝܚܐ ܒܟܕܒܐ ܢܦܠܐ ܥܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܘܦܠܓܝܢܘܢ ܡܢ ܒܬܝܗܘܢ - ܘܒܛܘܪܐ ܘܒܡܕܒܪܐ ܡܬܛܥܝܢܘܢ - ܘܙܪܥܝܗܘܢ ܥܠ ܐܦܩܝܗܘܢ ܢܪܡܘܢ „Daemones Nebu Messiae, fraude praecipi- „tes in filios hominum ituri, efficient, ut hi ab eorum aedibus se- „parati, et per juga ac deserta errantes, suum semen per sua femo- „ra effundant".

sapiens appellatus est q). Quemadmodum hic & Indiane non modo conditor legum, hominumque censor celebratur, censoria virga instructus (apud Virgilium Aen. IV. quoque *virgam carpit*), sub hac forma in templo Indiano Jagarnat, & quidem in loto sedens, actionibusque hominum intentus (Mercurius item Chinensis librum, quem manibus tenet, fixis oculis inspiciens repraesentatur), sed etiam Saturni *Consiliarius* & *Scriba*, utpote Soli primo Indianorum Deo proximus, Deorumque *Nuntius* & *Magister viatorum*, utpote Planetis orbem circa Solem monstrans, dicitur (Mus. Borg. Vel. Cod. MSS. p. 9. 67. System. Brahm. p. 235), animis vero eorum, quibus optime discendi quam honeste vivendi ratio potior fuit, cruciandis in suo carcere praepositus r). Cujus autem de cultu apud Sabios

---

q) III. 176. 2. [illegible] (Scriba hic) „ex libro memoriali, suam in „manum dato, vae! vae! illi libro praescriptum, postscriptum, re- „citans, dixit: ergastulum hoc meum est eorum, qui, utcumque „videntes oculis, audientes auribus, vociferantes ore, cordeque sci- „entes, nihil honesti faciunt".

r) III. 176. 5. [illegible] „obumbrant se in hoc „carcere, qui affligendi occidione, igne et ardore, usque ad diem „judicii".

ita Muhammed Abi Taleb *) *Templum Mercurii, si species ejus externa spectetur, sexangulum, si interna, quadrangulum est* **) : *effigiatis in quovis ejus muro formosis pueris, ramos, item bracteas, encomio Mercurii inscriptas, manu tenentibus. Quod vero in medio templo erat solium, scala quatuor graduum id circumdatum: totidemque portis ipsum delubrum, quarto die hebdomadis,*

---

*) هيكل عطارد هو مسدس الشكل في جوف مربع مصور
الجدران بصور الغلمان الحسان بايديهم قضبان وصحايف
مكتوبة بتمجيده فبوسط هيكله كرسي علي اربع
درج مستديرات له اربعة ابواب واذا كان يوم الاربعا
والكاتب في شرفه أتوه ومعهم شاب كاتب اسمر متادب
ثم ينزلون عقله ويحرسونه ويمثلونه قدام الصنم ويقولون
ايها الرب الظريف جيناك بشخص مثلك وبطبعك
فتقبل منا ثم يقسمون جسم ذلك الشاب قسمين طولا
ويربعونه وفرنع كل قطعة علي خشبة وتضرم فيها
النار حتي يحترق هو الخشب ثم يضربون برماده
وجه الصنم *

**) Habueritne duplex haec templi forma aliquam necessitudinem, altera cum sex disciplinis, quas Budha Indianis, Hermes Aegyptiis, et Mercurius Graecis tradidisse fertur (System. Brehm. p. 158), altera cum statuis quadratis, quas Graeci Romanique in compitis civitatum Mercurio posuerunt (Hofm. Lex. Univ. sub voce Mercurii), judicent eruditi.

visoque Scriba (i. e. Mercurio), *hoc aditum. Pietatisque tum erat, juvenem scribam fusci coloris* ***), *sed politioris humanitatis, secum ducere, eundemque, hausto vino de mente sua deturbatum, in conspectu idoli sistere, voto hoc persoluto: venimus, Domine generosissime, coram cum homine, qui tuum vultum moremque refert, & quem a nobis accipias. Quo facto, & illius corpore adolescentis per longum in duas partes diviso, atque his iterum dimidiatis, suoque singulis ligno injectis, succendere ignem, combustique cineribus faciem idoli conspergere, sacramentum fuit* ****). Nasaræis vero infamis

---

***) „Effinxere, refert Anton von Dalen (Schediasm. de „Consecr. Ethn.) eum juvenem formosum, non tamen fucatum „et comptum, sed nativa quadam virtutis specie, vultu hilari, acri- „bus oculis, in basi quadrata, quae stabilitatis ac firmitatis figura „est. Unde τετϱαγλωχον Quadratus" a Leonide appellatur. (Anthol. L. I. Epig.) Etiam fuscus in Vocabulario Amarasinha celebratur: neque aliter coloratus in sacello Indico Musei Borgiani, et in templo Indiano Jagarnat exhibetur (Mus. Borg. Cod. MSS. p. 9. 68). Sicut etiam solatus et perustus, cum ceteris Planetis Soli vicinior sit, a Poëtis fingitur (Dict. Poët. Stephan. p. 393).

****) Mercurio victima arietis caesa antiquitus apud Indianos fuit: cujus vero vicem subinde quae hominis etiam explevit (Lib. cit. p. 70. 71). Quod de aliis etiam gentibus valet. Immolatos huic Deo etiam homines a Gallis fuisse, testatur Cyr. Lentulus Germ.

hic habitus, ne malitia ejus videretur, in occulto collocatus fuit *****).

ܢܒܙ (scribe ܢܒܚܙ) *Nebhaz* H. נבחז, idolum Avæorum 2 Reg. 17. 31, canem ingentem, cavæ columnæ impositum, specie referens; cujus vestigia in Syria, & quidem in monte edito, divinitati illi sacrato, nec nisi trium fere horarum itinere a Beryto procul in via Tripolin versus sito, manent (Iken. dissert. de Nibohaz idolo Avaorum). Origo autem vocis נבח *latravit* cum ז parag., ut Syr. ܐܬܢܒܚ ex ܢܒܚ; qua non alia formæ idoli congruentior. Neque posthæc de vera ejus lectione l. c. (occurrit etiam in qui-

c. 6. p. 165. Et Corn. Tacitus (Annal. L. 13. c. 57) de Cattis: „exitio fuit, quod victores diversam aciem Marti et Mercurio sa„cravere, quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur". Idem (Mor. Germ. c. 9) de Germanis: „Deorum maxime Mercurium „colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent".

*****) I. 224. 1. ܩܢܝܐ ܕܢܒܘ ܬܒܪܬ ܘܬܒܪܬ ܒܐܝܕܗ ܙܡܪܬܗ ܕܟܠܟܠܝܘܢ ܠܛܥܝܘܬܗ ܓܠܝܬ ܕܐܦ ܚܘܝܬ ܒܥܠܡܐ ܡܚܝܠܘܬܗ ܕܐܣܟܡܗ ܕܠܐ ܢܬܚܙܐ ܨܠܡܗ ܒܥܠܡܐ ܟܣܝܬܗ ܠܟܘܟܒܐ ܒܝܫܐ ܚܪܡܐ ܘܫܕܝܬܗ ܡܢ ܟܘܪܣܝܗ ܘܬܒܪܬܗ ܠܩܡܝܥܐ ܕܚܨܗ ܚܫܟܬܗ ܠܟܘܟܒܐ ܒܝܫܐ „quam Nebu habebat, fistulam fregi, fractaque quae in sua manu „erat tibiâ, ejus errores detexi, ut etiam, monstrata sua in mundo „impotentiâ, illius speciem, ne sua imago in mundo videretur, ob„texi, atque stellam maleficam, devotam, suo throno dejeci, sicut „et, fracto lumbi sui amuleto, infelix hoc sidus obscuravi".

busdam Codicibus נבחן) disputabitur. At vero horrendus, qui hac significatus fuit, rex infernalis: posito ipsius throno ad telluris i. e. lucis & caliginis confinium, sed imo acherontis fundo pedibus substrato s). Quibus facem præferent Jes. 66, 1. השמים כסאי והארץ הדם רגלי, Act. 7. 49. Ὁ ουρανος μοι θρονος, ἡ δε γη ὑποποδιον των ποδων μου. Neque pigebit afferre, quæ Plato in Axiocho ex sententia Magi Gobriæ memoriæ prodidit: *animam, postquam a corpore sit exsoluta, in ignotum quendam locum subterraneo discedere recessu, in quo Plutonis sit regia nihilo minor, quam aula Jovis. Terra enim mundi medium tenente ambitum ejus esse globosum, cujus alterum quidem semiorbem Dii superi acceperint, inferi alterum.* Rudis vero illa (hæc Indianorum fides), indigesta, globosa, rebusque mundi ingens materia, fovente Supremo Numine instar ovi

---

s) II. 50. 12. ܢܒܙ ܗܝܠܐ ܡܪܐ ܕܚܫܘܟܐ ܬܪܘܢܐ ܪܒܐ ܕܐܬܪܗ ܡܣܬܡܟܐ ܥܠ
ܬܒܠܐ ܕܐܪܥܐ ܘܪܓܠܘܗܝ ܕܝܠܗ ܥܠ ܥܘܡܩܐ ܕܐܣܦܐ ܕܡܪܟܒܢ ܥܠ
ܘܥܠ ܣܦܘܬܗܘܢ ܡܫܝܢܐ ܕܦܫܝܚܝܢ ܗܢܘܢ ܗܢܘܢ ܕܫܡܫܝܢ ܠܗ ܡܫܡܫܢܝܬܗ

„Nebaz hajlo Dominus ille caliginis: polo ingenti suae regionis „orbem terrestrem contingente; ipsius autem pedibus ad ima tarta„ra, orasque eorum extremas, volvente percussas fluctu, pertingen„tibus; ipsique innumerabilibus praeterea scortis inservientibus". Sensus loci obscuri accuratius sic expressus. Cfr. III. 172. 12, ubi vero pro ܕܡܫܘܚܐ ܬܪܘܢܐ corrupte ܕܡܫܒܘܚܐ scriptum mihi videtur. Idem utriusque de cetero sensus.

rupta fuit, sed ita, ut ejus pars suprema septem cœlos, media septem continentes, & infima septem maria constitueret. Mundique ut ovi duplex etiam vertex: unus septentrionalis & paradisi, qui stellifer & sublimis, alter australis & orci, qui cæcus & infra cœlum & sidera cadens. Quemadmodum, qui averno patet, aditus vasta minacique gurgite, cui Yamuna nomen, interceptus est (Mus. Borg. Vel. Cod. MSS. p. 235. Syst. Brahm. p. 163). Neque alia Nasaræis persvasio t).

ܢܕܒܝ *Nedbaj* & ܫܠܡܝ *Schelmaj* duo nomina, illud ex נדב *spontaneus, liberalis fuit,* alterum ex שלם, *integer, perfectus fuit.* Quæ totidem Jordani Custodum II.

---

t) II. 204. 17. ܠܓܪܒܝܐ ܩܠܠܝܐ ܩܪܝܢܠܗ ܘܠܬܝܡܢܐ ܫܦܠܐ ܩܪܝܢܠܗ ܐܡܛܠܬܘܢ ܕܒܠܝܐ ܕܚܫܘܟܐ ܒܫܦܠܐ ܩܝܡܝܢ ܒܬܝܡܢܐ ܘܣܪܐ ܪܒܐ ܕܪܒܠܬܐ ܡܣܚܪܠܗ ܠܬܒܝܠ ܒܟܠܗ ܠܒܪ ܡܢ ܦܠܓܐ ܕܓܪܒܝܐ ܕܠܗ ܕܠܗܐ ܕܡܚܣܪܝܢܗ ܡܝܐ ܚܝܐ ܡܢ ܐܬܪܐ ܕܢܗܘܪܐ „septentrionem ut „sublimem vocant, sic meridiem humilem appellant. Nam creatu„rae caliginis in humili ad meridiem degunt. Ambit vero univer„sum orbem mare magnum colluviei. Excepta tamen pars sua septen„trionis. Quam aqua viva nulli privabunt. Quippe quae ex loco lu„cis orta. II. 206. 10. ܡܦܠܓܝܐ ܒܬܒܝܠ ܒܗܠ ܡܢ ܕܒܫܡܝܐ ܕܬܒܝܠܐ ܗܘ ܪܡܐ ܘܡܢ ܕܒܫܦܠܐ ܐܟܡܝܢ ܗܢܘܢ ܐܟܘܡܐ ܘܚܙܘܐ ܕܡܚܙܝܢ ܐܟܘܡ ܕܣܛܢܐ „discreti terricolae. Qui in orbe sublimi de„gunt, ii nitidi, qui vero in humili, ii nigri, suaque specie ut Dia„boli abominabiles“.

78. 10. Iique baptismo lucis in flumine hoc aquæ vivæ præfuturi: iidem vero, habita dignitatis ratione, ut Vitæ Primæ, Secundæ & Tertiæ postpositi, ita Geniis Aebel, Schetel & Anusch, atque Filiis familiæ vivæ ac splendidæ præpositi II. 208. 9. Quin & Schelmaj perinde ac Aebel Zivo ܡܪܐ ܕܒܢܝܬܐ *Dominus* s. *Præfectus fabricæ* mundanæ vocatus est II. 30. 17. II. 32. 2. Imperatum vero huic suoque sodali, utrique in globo nubium versanti, ut parentem generis humani ejusque posteros vera religione Numinis imbuerent u).

ܢܘ *Nu* (H. נוח), ejusque uxor ܢܘܪܝܬܐ *Nurajto* (ex Aram. נורא *ignis*, ut *Pyrrha*, Devcalionis uxor, quæ cum suo marito genus humanum reparasse dicitur, a πῦρ id.) pari modo, genereque humano aquis deleto, hujus restauratores appellati x). Digna etiam memoratu hæc apud

u) II. 280. 21. ܕܒܥܢܢܐ ܪܡܐ ܟܣܝܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܝܬܒܝܢ „qui in nu„be sublimi, secreta, prima versantes“. II. 254. 8. ܠܫܘܒܘܗܘܢ ܒܪܘܪܐ ܘܢܗܒܘܢ ܠܗܘܢ ܐܘܪܝܬܐ ܘܢܒܪܟܘܢ ܒܟܠܗ ܛܒܬܐ ܘܢܗܒܘܢ ܠܗܘܢ ܡܕܪܫܬܐ ܕܫܦܝܪܐ ܡܢ ܟܠܗ ܥܠܡܐ „ii Adamo Socii constituti: qui eum „ejusque posteros, tradita ipsis scripturâ sacra, et quavis pro„speritate bearent, et doctrina mundi praestantissima conforma„rent“.

x) I. 96. 1. ܒܗܝܡܢܘܬܗ ܟܪܝܐ ܗܘܬ ܦܓܪܐ ܚܕܬܐ ܢܨܠܘܢ ܘܢܫܠܡܘܢ ܠܒܢܝܢܐ ܢܫܡܬܐ ܟܠܗ ܡܢ ܢܘܚ ܒܪܝܐ ܘܢܘܪܝܬܐ ܗܘܐ ܘܡܫܘܐ

Epiphanium fabula (contra Gnost Sect. XXVI): *Hanc Noriam dicunt esse Noë uxorem. Vocant autem Noriam, — ut sane per interpretationem Pyrrhæ nomen faciant, Noriam hanc ipsam appellantes. — Græci dicunt, Deucalionis uxorem Pyrrham appellari. Deinde caussam proponunt — quod cum noluerit sæpe cum Noë in arca versari, ipsam consedisse in arca, eamque incendisse.* Alia vero appellationis istius ratio ex ipso Codice Nasaræo peti poterit. Jussa fuerat illa uxor a suo marito, ut librum ejus memorialem in ignem conjiceret. Quem vero cum comburere nollet, ipse hunc combustum in aquam demersit y).

ܘܦܩܕܝܢ ܘܐܬܝܗ ܒܢܐ ܕܢܦܫ ܕܦܓܪܐ ܡܘܬܐ ܢܣܦܩܘܢ ܘܡܢ ܢܗܘܪܗܘܢ ܠܒܠܒܐ ܢܦܠܩܝܢ „praescriptum huic generationi, ut corpora moriantur, animae vero in lucem ascendant, praeter Nu virum et Nurajto „ejus uxorem, item Schum, Jamin et Jafet, filios τȣ Nu, qui a „morte aquae liberabuntur, et a quibus mundus excitabitur“.

y) II. 58. 12. ܩܡ ܕܢܢܘܟܬ ܘܩܪܐܠܗ ܠܢܘܪܬܐ ܐܢܬܬܗ ܘܐܡܪܠܗ ܠܟܝ ܫܩܘܠܝ ܠܟܬܒܐ ܗܠܝܢ ܒܢܘܪܐ ܘܩܠܝ ܘܠܟܬܒܐ ܕܕܘܟܪܢܝ ܠܡܝܐ ܐܡܪܐ ܕܢܢܘܟܬ ܛܥܐ ܘܐܡܪܐ ܗܘܐ ܒܪܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܗܟܢܐ ܡܦܠܓ ܩܡ ܕܢܢܘܟܬ ܗܘ ܫܩܠ ܠܟܬܒܐ ܗܠܝܢ ܒܢܘܪܐ ܩܠܐ ܘܠܟܬܒܐ ܕܕܘܟܪܢܝ ܠܡܝܐ ܢܦܩܗ „surrexit Denanukt (i. e. Nu, vide supra) vocataeque suae uxori „dixit: mihi has literas sumtas igne combure, librumque hunc me„um memorialem in aquam demerge. Respondit: Denanukt er„rat. An filius regiae stirpis sic nugatus est? Surgens tum Dena„nukt ipse has literas igne combussit, librumque hunc memorialem „in aquam demersit“.

ܢܘܢܐ *Nuno* i. e. *Piscis* Zodiacalis, animalis cujusque reptilis & noxii procreator *).

ܢܛܘܦܬܐ *Netubto* s. ܢܛܘܦܬܐ *Netufto* (ex נטף *stillavit, guttatim fluxit*) proprie *stilla, stacte*, improprie Princeps domina, ex Jordano, omnium primo, maximo, i. e. Vita Summa s. Rege lucis (vide ܡܪܐ), cui scintillanti omnis splendor originem debuit, ante creaturas lucis generata. Dominique celsitudinis mater z).

ܢܡܪܘܣ *Namrus* (verisimiliter ex ܢܡܪ *inflammavit*, unde ܐܬܢܡܪ *inflammatus fuit*. Ch. נברשא *lucerna*. Syr. ܢܒܪܫܐ *ardor*. Ar. نبراس *lucerna*) cognomen *Spiritus*

---

*) I. 232. 21. ܡܢ ܩܠܐ ܕܪܡܐ ܢܘܢܐ ܕܠܡܘܢ ܢܘ̈ܢܐ ܗܘܝܘ ܗܢܘܢ ܢܘ̈ܢܐ ܘܠܒܘܢܐ ܗܘܐ ܗܘܝܘ ܟܠܗ ܕܒܝܫܐ „voce, quam Piscis protulit, exstiterunt Pisces, Delphini vero, omneque quod reptabundi generis maleficum fuerit“.

z) II. 106. 6. ܡܢ ܡܢܐ ܕܗܘܝܘ ܡܢܨܨܝܢ ܕܐܣܘܬܐ ܡܢܨܝܢܘܢ ܝܪܕܢܐ ܟܠܗ ܗܘܝܘ ܡܢܨܝܢܘܢ ܗܘܐ ܝܪܕܢܐ ܪܒܐ ܕܟܠܗܘܢ ܝܪܕܢܐ ܘܡܢܗ ܢܦܩܬ ܡܨܥܬܐ ܢܛܘܦܬܐ ܡܪܬܐ ܟܣܝܬܐ ܩܪܡܝܬܐ ܕܗܘܝܘ ܡܪܝ ܪܘܡܬܐ „exstiterunt a Mano scintillae cujusque Jordani intimi“ (i. e. splendoris aetherei primi, ut I. 144. 2. ܡܢ ܡܠܟܐ ܕܢܗܘܪܐ ܐܝܪ ܐܘܢܐ ܗܘܐ „a Rege lucis aethereus splendor exstitit), sicut ab his Jordanus „omnium Jordanorum maximus“ (i. e. Aethereus splendor, quovis alio major) „exstitit, et ab hoc Jordano (i. e. Splendore) in medium prodiit Netubto, domina occulta, aeterna, quae procreatrix „Domini celsitudinis fuit“.

Venerei, sicut, quæ duo ejus cetera sunt, unum *Lebbat* ex ܠܗܒ *inflammavit*, alterum *Hamamet* ex חמם *incaluit*, ducta sunt I. 156. 3. 16. I. 180. 14. Quibusque item ܐܡܐ ܕܥܠܡܐ *Emo di olmo* i. e. *Mater mundi* additum est II. 296. 6.

ܢܨܒ *Nesab*, ܥܢܢ ܢܨܒ *Anan Nesab*, & ܢܨܒܐ *Nasbo*, tres Genii, ab Aram. & Ar. נצב *plantavit*, *erexit*, *elevavit*, nominati: alteri etiam ܥܢܢ *nubes* prænomine addito. Ratioque appellationis, quod, ut eorum primum & secundum in cœlo nubilo (vide ܥܢܢܐ) apud Jurbo (i. e. Solem) fulgurantem & tonantem (vide ܪܥܡܐ) versari II. 76. 20 sq., sic tertium in loco lucis habitaculum suum habere, memoria est II. 278. 17. Ambiguum vero, an ultimus differat ab illo Genio ejusdem nominis, qui sæpius in migratione animi ad superas sedes memoratus *Restaurator* redditus est III. 198. 11. 202. 1. 18. 206. 1. 17. Neque certum, annon primus & secundus iidem, qui Nesab & Anan Nesab Zivo, ex Familia Vitæ oriundi I. 204. 6, habendi sint.

ܢܪܝܓ *Nerig* ex Aram. נרגא *securis*, *hasta*. Ar. per antithesin مريخ proprie *sagitta longior*, *quatuor instructa alis*, *qua longissime jaci solet*, improprie *Mars planeta*; auctum vero inde Ch. נרגל *genus viminis*, *un-*

de fit funis, flagellum, quali Deus ille armatus fingitur, nominatus *Mars, hasta & flagello* munitus *), & cognominatus ܐܒܕܠܐ *Abdôlo* (vide supra). Neque dubito, quin נרגל 2 Reg. 17. 30, Cuthæorum Deus, pro eodem Numine habendus sit. Magnaque hujus sævitia: cui & vim ipsius Angeli furentes ministrant a). At vero de illius cultu apud Sabios ita Muhammed Abi Taleb b): *Tem-*

---

*) I. 212. 7. ܐܬܝܗܒܝ ܡܐܢܝ ܠܗ ܙܝܢܐ ܠܡܥܒܕܝ ܩܪܒܐ ܒܥܠܡܐ ,,tributa fuerunt τῳ Nerig arma, quibus bellum in mundo fa-,,ceret".

a) I. 112. 18. ܢܦܩܝ ܫܐܕܐ ܢܝܪܝܓܝܐ ܓܢܒܐ ܒܒܢܝ ܐܢܫܐ ܕܡܢ ܓܢܒܘܬܗܘܢ ܡܫܬܠܚܝ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܐܝܟ ܕܦܓܥܝ ܠܝܠܝܬܐ ܘܫܐܕܐ ܒܒܢܝ ܐܢܫܐ ܘܫܠܚܝܢ ܠܗܘܢ ܥܪܛܝܠܐܝܬ ,,Diaboli Nerigenses dimittent fu-,,res in filios hominis, quorum furto filii hominis nudabuntur: si-,,cut et Furiae et Spectra filios hominis invadent, furioseque ad nu-,,dum spoliabunt".

b) هيكل المريخ مربع الشكل وسايره أحمر اللون بالدهان والستورة وبه الاسلحة معلقة وفي وسطه مقعد علي سبع درج فوقه صنم من حديد وبيده سيف وبيده الاخري راس معلق بشعره والراس مخضوب بالدما وياتونه يوم الثلاثا ويكون المريخ في شرفه وقد لبسوا الاحمر وتلتخوا بالدما وبايديهم خناجر وسيوف ومعهم رجل اشقر نمش احمرا بيض الراس من شدة الشقرة والصهوبة فيدخلوه في حوض مملو من الزيت ومن

plum Martis formâ quadratum, specieque sui sive pigmenti sive velaminis rubrum: hujus etiam armis ibi suspensis. Cujus vero idolum inprimis memorabile. Fictum id ferro, solioque septem graduum medio in templo impositum. Quod etiam una manu gladium, altera caput, crinibus prehensum cruentumque, tenens ibi cernitur. Ipsique hic honos. Ducitur die Martis, & quidem quo momento ejus stella verticem cœli contingit, ab hujus cultoribus, sanguine, cujus colorem vestis illorum quoque imitatur, tum adspersis, sicamque singulis gestantibus, homo, adspectu habituque haud dissimilis, ad piscinam, ejusque in aquam, sic medicaminibus varii generis infectam, ut ipsius caro, cutis subito putrescat, mergitur. Corpusque per anni spatium paxillis firmatum ibi manet. Cujus autem quod reliquum fuerit, confecto hoc tempore, coram Dei simulacro sistitur, nuncupatis his votis: Numini tuo horrendo, cæ-

---

ادوية تعفن اللحم والجلد بسرعة ويشدونه باوتاد في
قعر الحوض مغمورا بالما المذكور مدة سنة فاذا
انقضي الحول جاوا الي راس ذلك المغمور فانتزعوه
عن البدن بعروقه واعصابه واتوا به الي الصنم وقالوا
ايها الرب الشرير الطايش تحب القتل والخراب
والحريق وسفك الدما قربنا اليك ما يشبهك فتقبل
منا واكفنا شرك وشر ارواحك ويزعموا ان الراس
يكلمهم بما يصيبهم في سنتهم من خير ومن شر ؛

deque & desolatione, incendio & sanguinis effusione gaudenti, sacrificium hoc, iræ tuæ piaculum, nec tui dissimile, offerimus, propitiusque id accipias. Quin & mentem bostiæ, quæ ejus cranio inesse credebatur, tanquam futuri, sive boni sive mali, præsagam & prænuntiam, colere moris fuit. Pœnam vero suæ tyrannidis ex Nasaræorum opinione subiit *).

ܣ

ܣܗܪܐ *Sehro* sync. ܣܝܪܐ *Siro*, antith. ܣܝܢ *Sin* (Aram. סהרא s. סיהרא) *Luna* Septem-Stellaris I. 54. 4. I. 98. 1. II. 98. 16, candore, quem a suo marito accepit, nitens c).

---

*) I. 224. 8. [Syriac text]
„Stellam Nerig securi percutiens, sui cultores abscidi, ejusque cul-„toribus et sacrificulis hoc dedi, ut foeditatem sui testatam in mun-„do facerent".

c) II. 260. 11. [Syriac text] „vir, qui candorem ei dederat, ei dixit: „vestes tibi candoris obtuli, ut per eas caligo fabricae mundanae, illucesceret. Obtecto Solis splendore, tuus candor oriatur; „atque, concumbente suae uxori viro, adspergine tua, et te teste, „semen effundatur".

Eaque concubitus cujusque vigil testis. Qui vero, ut felix, hac sive curvata in cornua, sive ex æquo divisa, sive orbe pleno lucente, ita, hac non apparente, infelix d). Gentique Abortivorum, qua non alia fœdior & flagitiosior, inde origo e). Malefica autem Luna & ipsa f), & per suas Dea-

---

d) II. 260. 19. [illegible] ,,uno die per mensem me abscondo, radiisque meis me involvo. Si ,,autem, quo tempore illi radii mihi desunt, uxores earum viris ,,concumbentes conceperint, surdi, leprosi, et manibus pedibusque ,,carentes figurae prodibunt.

e) II. 98. 16. [illegible] ,,Voce, quam Luna protulit, orti sunt ,,Abortivi, abortum facientes, foetumque excutientes, item leprosi et leprosae,,.

f) II. 98. 18. [illegible] ,,illa amplificat et ,,minuit, exaltat et humiliat, evehit et demittit, praecidit mensu- ,,ram aetatis, destruit annos, omnemque naturam animarum in er- ,,rorem inducit. Ita et, quae inde ortae Chimaerae, eae devotae, foedae, feminas, viros invadentes, Bajvazik (de his vide plura ,,p. 28) appellatae sunt".

stras *). Quocirca ea quoque punita, speciem ignis, splendore suo exuto, accepit g).

ܣܘܦܬ *Sufat* (coll. סוף *finitus fuit*, Ch. סְפַת *finitum est* Dan. 4, 10. סוּף Deut. I. 1, locus, ut opinatur Aben Esra, idem qui סוּפָה Num. 21. 14, nrbs ad extremitatem Maris rubri) regio infima s. extrema caliginis, quam Spiritus Venereus, Adamo simul cum Hava creato, perniciem eis machinans, petiit h).

ܣܘܚܪܝ *Sohri* (ex Aram. סחר, Ar. سحر *circumiit* sive *negotiandi* sive *incantandi* caussa; unde H. סֹחֲרִים

---

*) I. 212. 4. [Syriac text] „tributa fuit Lunae vis noxia, qua nihil non noxii exstitit".

g) I. 222. 19. [Syriac text] „Lunam flagris caesam specie sua „spoliavi, eâque, quae ignis consumentis, indui".

h) II. 74, 3. [Syriac text] „ubi Adam cum sua uxore Hava exstiterat, Spiritus Venereus in „Sufat regionem infimam, locum exitiosum et infimum caliginis, de„scendens, Spiritusque hic pollutionis ac profluvii ope cantilenae „Diabolicae lumbos Havae accingens, dixit: erunt tempora, quibus „spectati beneficentia occidendi in vincula ducentur, ita ut eorum „ne unus quidem in lucem ascensurus sit".

Gen. 23, 16. *negotiatores*, sed Jes. 47. 15, *errones*, quales olim Fatidici) genus Dæmonum, quod vero redditum ubique per *Incantatores* forsitan melius reddetur per *Errones* (sicut etiam שׂטן *Delator* quæstioni, unde venisset, respondit: משׁוט בארץ ומהתהלך בה *perecurri & peragravi terram* Job. 1, 7), qui coronario, pistorio opere I. 200. 18. I. 202. 7, humanæ cupidinis blandimento, homines decipere, corporibusque eorum obsessis, eorum animas quoque afflixerunt i).

ܣܛܢܐ *Sotoni* (ex H. שׂטן *adversarius fuit*, vel potius H. שׁוט, Ar. شاط *circumiit*, transl. *circumegit* flagellum, unde شيطان proprie *Erro*, improprie *Flagellator*, Σαταν Gr. dictus) genus Dæmonum, qui impetu in homines facto, vescuntur eorum carne; eorumque sanguinem bibunt I. 114. 1; sicut etiam Apostoli quosdam, crimine nefario accusatos, Satanæ castigandos & excruciandos tradiderunt 1 Cor. 5. 5.

ܣܡ ܓܘܦܢܐ *Sam Gufno* (ex H. סם *aroma, suavem odorem spirans*, Aram. סמא *pharmacum*, res salutifera, Ar. سم id.) *Vitis fragrans*, in sede Vitæ Summæ vigens III. 68. 1.

---

i) I. 54. 13. [illegible]
„Errones illi, assumtis hominum corporibus, etiam animas eo-„rum, qui hos non exceperint, stringent".

[illegible] *Sam Zivo* (ex ⌐⌐⌐ proxime memorato & [illegible] *splendor*) appellatus Genius, quo non alius dignitate & virtute prior k). Ideoque hic magnifice a Vita Summa ornatus, Geniisque ceteris cujuscumque ordinis præpositus fuit l). Qui vero idem, qui Javar, cor Vitæ, hujusque sui patris consiliator, gratia & auctoritate plurimum valens m).

---

k) II. 36. 5. [illegible] „Sam „Zivo, Dominus dilectus, primarius et fortis, cujus majestas 167 „mundos maximos altisssmimos lucis, inhabitat".

l) II. 264. 19. [illegible] „Socios ei constituerunt Paciferos puros, ne conversatio in suo ha„bitaculo ipsi deesset. Quem etiam, veste septemplici, veste splen„doris, lucis et gloriae ei data, thesauro suo praefecerunt, ut et Ge„niis, Sceptris, Jordanis, Majestatibus cujusque loci, Aeonibus mi„tibus, accensoque in suo loco splendori praeposuerunt".

m) II. 228. 5. [illegible] „Javar, cor Vitae „Summae, in Aulis prope Genios omnes habitans, qui Vitae, suo „parenti, quod ipsi placeret, faciendi consilium dederat, hic Sam „Zivo etiam vocatus, alloquendo Genios item sui audientiam fecit".

ܣܡ ܡܢܐ ܣܡܝܪܐ *Sam Mano Semiro* (item ex סמ prædicto, ܡܢܐ *Aeon*, & Ch. סמר *clavo firmavit* vitem) vocatus Aeon, titulo etiam ܓܘܦܢܐ ܪܒܐ ܕܟܠܗ ܐܣܝܐ *Gufno Rebo di kule heje* i. e. *Vitis Domina omnis sanitatis*, & quem tertium a Vita Prima, Secunda & Tertia, ac secundum a Jufin Jufafin, Johannes Babtista precibus fatigavit II. 28. 20.

ܣܡ ܣܡܝܪ ܙܝܘܐ *Sam Semir Zivo* (etiam ex סמ & סמר, addito ܙܝܘܐ *splendor*) Genius, qui, ut confinia creaturarum superiorum & inferiorum definiret, jussus, ܛܘܪܝܐܝܠ *Tavriel* quoque vocatus, nec a Javar diversus fuit n).

ܣܡ ܦܪܚܐ ܚܘܪܐ *Sam Ferho Hevoro* (pariter ex סמ sæpius nominato, ܦܪܚܐ *ales*, & ܚܘܪ *albus, candidus fuit*)

---

n) II. 226. 18. ܐܡܪܝܠܗ ܚܝܐ ܠܛܘܪܝܐܝܠ ܕܗܘ ܝܘܪ ܡܬܩܪܝܐ ܣܡ ܣܡܝܪ ܙܝܘܐ ܗܘܐ ܘܐܡܪܝܠܗ ܙܝܠ ܐܩܝܡ ܡܬܚܘܡܐ ܠܢܘܪܐ ܚܝܬܐ ܕܙܝܘܐ ܘܢܗܘܪܐ ܠܐ ܡܢ ܒܪܝܬܐ ܪܒܬܐ ܘܥܠܝܬܐ ܘܒܪܝܬܐ ܕܚܝܐ ܬܢܝܢܐ ܠܬܚܬ ܐܝܟ ܕܢܗܘܐ ܬܚܘܡܐ ܠܐ ܡܢ ܬܚܘܡܐ ܕܗܢܐ ܐܬܪܐ ܬܚܘܡܐ ܕܡܝܐ ܘܢܗܘܐ ܡܫܘܚܬܐ ܠܟܠ ܒܪܝܬܐ „Genio Tavriel, appellatione Ja-„var, item Sam Semir Zivo cognito, dixit: abi, constitue terminum „ignis vivi, splendoris et lucis inter creaturas nostras maximas et „superiores, creaturasque Vitae Secundae inferiores; sicut etiam „ad hujus loci limitem aquaeductus fiat terminus, omnibusque cre-„aturis mensura definiatur".

vocatus Genius, cujus luce lucens, quæ facies suæ omnis familiæ est o). Neque dubito, quin Horus, etiam Aegyptiis Sol dictus, sui appellationem hinc acceperit.

ܣܘܡܟܟ *Sumkak* (ex Aram. סמק *rubuit* ut sanguis, talique colore, qualis Septem Stellaribus tributus. T. I. Præf. Inde סומקק *Sardius*) appellatur (quod mirum, nullo lucis & tenebrarum facto discrimine) non solum ܩܝܢ *Kin*, domina caliginis, quam quoque matrem rex ejus Ur habuit p), sed etiam mundus quidam splendidus, quem Aebel Zivo, tartara invisens, petiit q).

ܣܢܕܪܝܘܣ *Senderjaves* (incertæ originis, nisi hæc fuerit Ch. שדריה *fæces*, unde forsitan Pers. زیرز *infernus* suam duxit) vocatur orci fluctuantis profundum r).

---

o) I. 322. 13. ܐܦܝܗܘܢ ܢܢܗܪܝܢ ܘܢܗܝܪܝܢ ܡܢ ܒܢܐ ܕܫܘܡ ܦܪܝܚܐ ܚܒܘܪܐ „facies eorum illuminabit, lucens ipsa plus eâ, quae Filio„rum τ8 Sam Ferho Hevoro est.

p) I. 270. 4. ܩܝܢ ܕܡܬܩܪܝܐ ܣܘܡܟܟ ܡܪܬܐ ܕܗܘܬ ܡܢ ܫܪܒܐ ܕܩܝܢ ܐܡܐ ܕܐܘܪ ܡܢ ܩܕܡ ܒܪܝܬܗܘܢ ܕܒܒܪܝܬܐ ܕܚܫܘܟܐ „Kin, cognomina„ta Sumkak i. e. Rubicunda. (Minus commode nomen „hoc Sardius redditum) domina, ex stirpe illius Kin, quam „matrem Ur habuit, ante creaturas omnes caliginis generata".

q) I. 270. 9. ܣܠܩܬ ܠܥܠܡܗ ܒܒܪܝܬܐ ܕܒܪܡܐ ܒܒܪܝܬܐ ܕܣܘܡܟܟ ܡܪܓܢܝܬܐ ܪܒܬܐ „ascendi ad mundum, creaturis sublimibus cultum, „nomenque a Sumkak, margarita ingenti, adeptum".

r) I. 242. 6. ܡܬܛܠܠܐ ܘܐܙܠܐ ܘܡܫܬܢܝܐ ܘܡܬܚܒܛܐ ܒܪ ܠܬܚܘܬ ܒܥܘܡܩܗ ܕܣܢܕܪܝܘܣ (aqua) „erravit huc et illuc obumbrata, in-

ܣܝܢܘܣ *Sineves* (etiam incertæ originis, forsitan ex Ch. סין *lutum*, quasi *Stygia palus*, aut ex Ar. شام *niger*, *infaustus fuit*, unde Ch. משימנא Dæmon *damnificus*, coll. H. שמם *desolavit*, Sam. שאם id.) nomen quoque orci. Neque a Lat. *Summanus*, cui flumina nocturna fuerunt tributa, hoc formâ differens. Quocirca ejus aqua, sitienti regi caliginis parata s), vi autem ignis a Fetahil injecti concreta t), etiam nigra appellatur u).

„quieta, saliens, se invertens, nec volventibus in Senderjaves fluctibus dissimilis. I. 250. 9. ܚܕ ܕܝܘܐ ܬܙ ܡܢ ܣܢܕܪܝܘܣ ܐܪܥܐ ܬܚܬܝܬܐ ܕܚܫܘܟܐ „unus Daemon exsiluit ex Senderjaves, regione caliginis infima". Ubi vero ܫܘܪ pro ܬܙ legendum videtur.

s) I. 164. 18. ܠܡܫܬܝܟ ܒܐܬܪܐ ܢܘܪܐ ܘܢܦܫܠܠܬܗ ܡܝܐ ܚܝܐ ܘܚܕܝܐ ܕܪܝܚܝܢ ܒܣܡܝܢ ܘܣܓܝܐܢ ܛܒܘܬܐ ܫܝܛܘܬܐ ܡܢ ܡܝܐ ܟܘܡܝܢ ܕܢܫܡܬܗܘܢ ܠܟ ܨܗܝܐ ܢܗܘܐ ܠܡܫܬܝܟ „loco strepentis vivi ignis, ipsique „resonae aquae vivae et laetae, quae grati odoris, plurimaeque bo- „nitatis est, colluvies aquae n i g r a e tibi sitienti potui erit".

t) I. 184. 2. ܒܪܝ ܐܫܬܠܦ ܢܘܪܐ ܚܝܐ ܒܓܘ ܬܗܘܡܐ ܘܙܝܩܐ ܕܢܘܪܐ ܚܝܐ ܐܬܪܥ ܥܦܪܐ ܡܢ ܣܝܢܘܣ ܐܪܥܐ ܐܬܥܝܪ ܘܥܦܪܐ ܕܢܦܠ ܒܐܬܪܐ ܕܫܝܘܠ ܒܡܦܩܝܗܘܢ ܕܝܡܡܝܐ ܘܐܬܟܠܝܘ ܒܡܫܘܬܐ ܒܟܠܗܘܢ ܗܘܬ ܟܡܐ ܘܬܗܘܡܐ ܘܐܬܩܦܝ ܒܢܦܠܬܗ ܕܥܦܪܐ ܒܡܝܐ „admistus ignis „vivus medio abysso fuit. Spiramentoque, quod vivi ignis erat, pul- „vis ex regione Sinevas excitatus est. Qui vero pulvis in locum „a v e r n i cecidit: obstructis tum marium omnium faucibus, com- „posito in tranquillum quovis gurgite, a b y s s o q u e per casum hu- „j u s p u l v e r i s in aquam concreto.

u) I. 140. 17. ܒܪܝ ܣܝܢܘܣ ܐܪܥܐ ܕܚܫܘܟܐ ܘܡܝܐ ܟܘܡܐ ܠܡܫܬܝܗ ܢܛܪܝܗ ܕܗܘܢ ܢܛܪܝܢ ܠܟܘܡܐ ܟܘܡܐ ܕܒܝܠܕܒܒܝܗܘܢ ܕܡܫܬܘܐ ܘܢܗܘܪܐ

ܣܪ *Sar* & ܣܡܝܪ *Smir*, duo Genii mites & dilecti, iique nominati, ille a Syr. ܣܥܘܪ *inspector*, hic a Ch. סמר *clavo firmavit, servavit, custodivit*, unde סמריאל nomen *Angeli*, portis Gehennæ præfecti. Quos vero tertium, velut Genios Javar & Hatito primum, atque Juschamin & Scahr Zivo (de quo infra) secundum, Nebat procreavit II. 218. 19.

ܣܪ *Sar* & ܣܪܘܢ *Sarvan*, duo Genii illustres, iique nominati, ille a Syr. ܣܥܘܪ *inspector*, hic a ܣܥܘܪܐ *curator*; qui jussi ab Aebel Zivo fuerunt, ut discordiam, inter Solem ceterosque Septem-Stellares ortam, tuerentur x).

ܣܪܛܢܐ *Sertono* i. e. *Cancer* Zodiacalis, serpentium venenatorum procreator *).

„vidi portam caliginis, et cancellos regionis Sinevis, ut et aquam „nigram inter hos c a n c e l l o s bullientem ac discurrentem“.

x) I. 314. 19. ܐܬܠܝܗܘܢ ܒܫܒܥܝܐ ܡܫܬܠܛܢܝܗܘܢ ܠܣܪ ܘܣܪܘܢ ܘܐܦܩܕܬܝܗܘܢ ܕܢܛܪ ܒܫܒܥܐ ܗܘܝܬܐ ܐܪܡܘܪܐ ܠܫܡܫܐ ܕܗܘ ܪܫ ܒܟܪܝܐ ܩܪܝܒܐ ܐܡܪ — ܘܐܬܩܢܝܗܘܢ ܒܫܡܗܘܢ ܕܐܢܗܘܪܐ ܘܐܫܬܪܪܗ ܠܠܒܠܐ ܒܠܒܠܐ ܘܫܠܝܢ ܠܟܠܐ ܚܕܐ ܒܡܪܟܒܬܐ „ubi discordiam inter illos S e p t e m-„S t e l l a r e s excitaveram, vocatis Sar et Sarvan praecepi, ut hanc „discordiam tuerentur, Solis tamen, qui discordiae princeps, natu-„que grandis frater erat, socii futuri. Sicut hos etiam, mundum „in vacuo per 360000 a. illuminaturos, in suo quemque curru col-„locavi“.

*) I. 232. 8. ܩܠܐ ܕܪܡܐ ܣܪܛܢܐ ܕܗܘܐ ܟܠ ܚܝܘܬܐ ܡܟܢܫܐ ܕܐܬܠܘܝܗ — ܠܒܝܫܬܐ ܟܠ ܠܥܠܡܐ „voce, quam Cancer protulit, quaevis bestia, in spiram „se colligens, exstitit, quae mundo plurimum mali attulit“.

ܣܛܪܘܢ *Setarvan* (ex ܣܛܪ *obtexit*) arbor umbrifera in sede Vitæ Summæ vigens III. 68. 1.

ܗ

ܗܒܠ ܙܝܘܐ *Aebel Zivo*, Genius, quo non alius post Vitam major aut prior. Primusque ille ex iis tribus, qui *Socii* (ܐܫܒܝܢܐ) Adami vocati, hunc ad pietatem & virtutem instituerent: ceteris duobus, Anusch, de quo supra, & Schetel, de quo infra, appellatis. Qui vero nominatus, opinor, non ex הבל *vapor*, *vanitas* (etymon tanto Genio indignum); sed sive ab חֹבֵל *gubernator* pec. *nauticus* Jon. I. 6, sive ab ܚܒܠ *albicans* pec. *saxum*, ex ܚܒܠ proprie *contorsit funem ab arbore*, *foliis una cum cortice nudata & albescente*, improprie *albus fuit*. Ratioque etymi utriusque in promtu; illius I. 20. 4. 10. y) ubi *Dominus terræ* vocatur; hujus I. 216. 7. z) ubi *gaudens splendore* dicitur. Verisimilior tamen, quæ posterior: nomini *Aebel* item *Zivo* i. e. *splendore* adjecto. Quamquam magni non refert, nomen hocce ܗܒܠ an ܚܒܠ transscriptum fuerit. Promiscue enim Nasaræe & Samaritane ܗ & ܚ literæ in usu fuerunt. Genii autem hujus Aebel Socii fuerunt Schetel &

y) I. 204. 10. ܗܒܠ ܡܪܐ ܕܐܪܥܐ ܕܒܪܝܬܐ ܚܙܝܘܗܝ ܘܕܚܠܘ „Aebel, Dominus terrae, quo viso, creaturae timuerunt"

z) ܗܒܠ ܒܙܝܘܐ ܚܕܐ „Aebel splendore gaudet".

Anusch. Nomineque ut illius, qui Adami non modo animæ creandæ, sed etiam corpori velando interfuit a), honoris caussa filium, sic istius nepotem, & hujus pronepotem Adami appellatum fuisse b), haud minus probabile est.

ܪܘܚܐ ܥܘܬ *Avat Ruho* (ex עות *pervertit*, & ܪܘܚܐ *Spiritus*) cognomen, Spiritui etiam Venereo, utpote matri meretricum, dominæ caliginis, heræque scortorum innummerabilium, additum c). Tenenturque ejus ergastulo cruciandi,

---

a) II. 120. 15. ܐܬܐ ܐܘܬܪܐ ܡܗܡܪܗܒܐ ܕܚܝܐ ܫܕܪܘܗ ܠܠܗ ܘܪܡܝܗ ܒܐܕܡ ܒܓܘܦܐ ܗܘܐ ܒܙܪܥܐ ܘܚܘܐ ܐܢܬܬܗ ܒܐܕܡ ܘܦܬܚܐ ܠܠܠ ܟܝܢܐ ܐܝܢܐ ܐܬܦܬܚܢ ܚܝܐ ,,venit celer ille Genius, quem Vita ad eum miserat, ,,et Adamo suaeque uxori Havae vim propagandi injecit. Quo facto, ,,Adam, oculis apertis, et in Aebel Zivo conjectis, vivere coepit". Cfr. sq. II. 122. 9. ܟܕ ܥܒܪ ܗܒܝܠ - ܐܡܪ ܠܠܒܘܫܗ ܠܐܕܡ ܘܠܚܘܐ ܐܢܬܗ ܩܪܐܠܗܘܢ ܘܟܣܝܘܢ ܟܘܫܬܝܗܘܢ ,,transiens Aebel dixit: Adamum ejus- ,,que uxorem Havam vestiam. Iisque advocatis, eorum pudenda ob- ,,texit".

b) II. 122. 14. ܗܒܝܠ ܒܪ ܐܕܡ ܦܪܫܠܗ ܒܪܐ ܕܐܕܡ ܡܢ ܚܘܐ ܗܘܐ ܗܘܐܠܗ ܒܪܐ ܠܗܒܝܠ ܫܘܡܗ ܫܬܝܠ ܘܗܘܐܠܗ ܒܪܐ ܠܫܬܝܠ ܫܘܡܗ ܐܢܘܫ ,,Filius Adami, ex Hava natus, Aebel bar Adam appellatus fuit. Qui ,,Abel etiam filium, cujus nomen Schetel, suscepit. Quomodo et ,,Schetel filium, cujus nomen Anusch, generavit".

c) II. 52. 7. ܥܘܬ ܪܘܚܐ ܐܡܗܘܢ ܕܒܬܘܠܐ ܩܕܫܝܬܐ ܐܡܗܘܢ ܕܙܢܝܬܐ ܡܪܬܗ ܟܘܦܪܐ ܓܘܝܬܐ ܕܚܫܘܟܐ "Avat Spiritus mater puellarum ,,corruptricium, mater meretricum, domina interioris, quae caligi- ,,nis est, testudinis".

quot palam in squalorem & pietatem compositi, intus mala libidine flagrarunt d). Sicut & una cum his ab illo Spiritu ceterisque Septem - Stellaribus in orco pœna repetetur e).

ܥܪ *Ir* i. q. Syr. ܥܝܪܐ *Iro* nomen Angeli tutelaris, etiam Gabriel appellati, Spirituique Venereo oppositi f).

ܥܠܓܝ̈ܐ *Algi* genus Dæmonum, quod coll. H. עלוקה, Ar. علقة, redditum est *Sanguisugæ*, I. 202. 7; sed, coll. Ar. غلق, forsitan *Libidinosæ* reddendum, utpote ibi cum ܠܝܠܐ *Incubi*, ܚܪܫܐ *Incantatores* (de quibus supra), & ܙܢܝܐ *Meretricantes* (de quo infra) constructum. Constructum vero II. 196. 12, cum ܫܬܩܐ *Mutis*, ܚܪܫܘܢܐ *Surdastris*, ܚܪܫܐ *Surdis* Dæmonibus, *Balbi* ex H. עלגים vertendum id patavi.

---

d) III. 186. 14. ܡܟܟܒܝܢ ܒܗ ܒܡܛܪܬܗ ܕܨܝܡܐ ܘܨܝܡܬܐ ܨܘܡܐ ܕܥܘܠܐ ܨܝܡܝܢ ܘܨܠܘܬܐ ܕܟܕܒܐ ܡܫܕܝܢ ܕܟܦܢܝܢ ܠܚܡܐ ܠܐ ܐܟܠܝܢ ܘܨܗܝܢ ܡܝܐ ܠܐ ܫܬܝܢ ܘܒܐܒܠܐ ܘܒܐܠܝܬܐ ܝܬܒܝܢ ,,obumbrant se in ejus ergastulo jejuni et jejunae, jejunium iniquitatis agentes, preces mendacii fundentes, qui esurientes panem non èdunt, sitientes aquam ,,non bibunt, et qui in luctu et lamentis sedent".

e) II. 42. 20. ܢܐܟܘܠ ܡܬܢܝܚܢܐ ܘܡܬܥܢܢܐ ܢܘܪܐ ܠܡܪܗ ܕܚܫܘܟܐ ܐܘܪ ܠܥܘܝܬ ܪܘܚܐ ܕܟܕܒܐ ܘܠܫܒܥܐ ܟܘܟܒܝܐ ܘܠܢܦܫܬܐ ܕܒܝܫܐ ܕܐܘܕܝܘ ܒܗܘܢ ,,consumet fumigans et agitatus ignis dominum caliginis Ur, Avat ,,Spiritum mendacem, Septem Stellares, animasque malorum, quae ,,eis confessionem adhibuere".

f) I. 148. 4. ܦܩܕܢܝ ܒܪܘܫܬܐ ܢܥܝܢܐ ܡܢ ܒܪܘܫܬܐ ܡܪܝܐ ܦܩܕܢܝܬܐ ܕܪܝܐ ܘܡܫܪܝܐ ܡܢ ܢܗܘܪܐ ܕܢܦܩܬ ܒܥܘܒܕܢܐ ܕܡܠܐܟܐ ܦܩܕܢܝ ܐܒܐ ܕܥܝܪ

ܥܡܘܢܐܝܠ *Amunil* (i. q. H. עמנואל Jes. 7. 14) *Deus nobiscum*, nomen, quod sibi Messias mendax etiam vindicavit. Sicut & hic ܝܫܘ ܡܚܝܢܐ *Jeschu Vivificans* appellari cupiit g).

ܥܢܢܐ *Anono* i. e. *Nubes* varii generis III. 60. 14. sq.

1 ܥܢܢܐ ܕܡܪܐ ܕܪܘܒܘܬܐ *Nubes Domini celsitudinis*, etiam ܢܗܘܪ ܚܝܐ *Lux Vitæ* appellata, qua obambratus hic agit.

2 ܥܢܢܐ ܕܦܪܨܘܢ ܗܘܐ ex ܦܪܨ pro ܦܪܣ *præcidit, determinavit*, & ܦܪܨܘܢ ܗܘܐ n. *Vitis parvulæ* (de qua infra) *Nubes*, qua hæc tecta.

3 ܥܢܢܐ ܦܬܠܐ, ex פתל *contorsit, conglobavit, Nubes*, quam Aebel Zivo tenet.

4 ܥܢܢܐ ܫܡܝܫܬܐ ܥܒܕܬܐ ܘܒܨܝܪܬܐ (pro quibus II. 280. 15. vitio meo ܫܡܝܪܬܐ, sed Codicis ܥܒܕܬܐ ܘܒܨܝܪܬܐ, ob similitudinem literarum ܕ & ܪ, ܒ & ܟ apud Nasaræos) *Tempestiva, inserviens, & fortunata Nubes*, quam Mano s. Rex lucis

ܦܪܝܫ ܟܘܪܣܝܐ ܡܢ ܟܘܪܣܝܐ ܕܡܪܘܕܐ „distinctus thronus mitis a throno rebel-„li, distinctae commentationes et conciones a praestigiis Hyaenae „terribilis, distincta natura Angeli tutelaris, obambulantis, a ser-„mone Spiritus loquentis.

g) I. 56. 1. ܠܒܝܫ ܢܘܪܐ ܘܡܟܣܐ ܢܘܪܐ ܘܟܣܝܐ ܢܘܪܐ ܘܡܚܘܐ ܢܘܪܐ ܠܒܫܐ ܥܡܘܢܐܝܠ ܫܡܗ ܘܢܩܘܐ ܡܚܝܢܐ ܗܘ ܩܪܐ ܠܢܦܫܗ „vestitus igne, „igneque tectus, prodigia etiam in igne ostendet. Emanuel ejus no-„men: Jeschu Vivificantem se ipse etiam appellabit.

(pro male reddito Acon) & Netufto insident. Cfr. II. 280. 16.

5 ܥܢܢܐ ܫܘܦܫܝܢ, ex H. שוש *exsultavit*, *gavisus est*, cum ܦ epenthet. pro Dagesch Forti, *Nubes*, qua *Schar gufno* i. e. *Schar Vitis* (de qua infra) maxima, occultissima, antiquissima, opacatur, atque cujus fruge vigent animæ & florent II. 280. 14.

6 ܥܢܢܐ ܕܢܘܗܪܐ *Nubes*, qua hic, i. e. Sol, etiam ܢܒܝܪܐ *Præsul* h. l. dictus, conditur.

7 ܥܢܢܐ ܛܛܓܡܘܪ *Nubes*, vocata *Tatagmur* (de hac voce infra), quam Juschamin sibi sedem obtinuit.

8 ܥܢܢܐ ܕܡܝܐ *Nubes*, ab *Aqua* nomen adepta, quam hæc a se ipsa arreptam & splendidam Geniis Nesab & Anan Nesab, ex familia Vitæ oriundis, obtulit.

9 ܥܢܢܐ ܕܣܪ ܘܣܪܘܢ *Nubes* Geniorum *Sar* & *Sarvan* (de his supra); quæ utraque clara & magnifica.

10 ܥܢܢܐ ܕܫܠܡܝ ܘܢܕܒܝ *Nubes* Geniorum *Schelmej* & *Nedbaj* (de his supra); quæ utraque etiam renidens & eminens.

11 ܥܢܢܬܐ ܪܒܐ *Nubes*, quæ ܪܒܐ *Magna* appellata, *Jawino* (de hoc supra) *puro* data est.

12 ܥܢܢܐ ܛܠܠܐ ܗܝܐ *Nubes*, ab H. טלל *obumbravit*, & Ch. חייא s. חי *vive*, *prosit*, appellata; quæ vero item ܫܦܪܝܢ scribe ܫܦܪܢ ex Syr. ܫܘܦܪܐ *ornamentum*, nominata est.

13 ܢܘܢܐ ܦܠܐܡܘܢ corrupte, credo, pro ܦܠܡܘܢ, ex Syr. ܦܠܡܘܢܐ *elegans*, appellata *Nubes*, quæ Fetahili parata fuit.

ܥܩܪܒܐ *Arkebo* (Syr. ܥܩܪܒܐ) *Scorpio* Zodiacalis, animantis cujusque reptilis auctor *).

ܦ

ܦܕܪܝ *Fedri* s. ܦܘܕܪܝ *Fudri* genus Dæmonum, quod I. 194. 11. I. 202. 8, collato Syr. ܦܘܕܪܐ *tympanum*, fuit redditum *Tympanistæ*; quod autem, collato Ch. פרדנית *vagatix, discursitans femina*, cui Ch. פרדתא ejusdem notionis convenit (hinc Αφροδιτη quis derivaverit) *Libidinosæ* s. *Meretrices* forte reddendum erit.

ܦܝܓܐ *Figi* (coll. Syr. ܦܝܓܐ *milites, satellites*) genus Dæmonum, qui constructi cum ܦܕܪܐ *Tympanistis* & ܙܡܪܐ *Musicis* II. 196. 8, forte Latin. *Apparitoribus* s. *Lictoribus* comparandi erunt.

ܦܠܦܠܝܢ ܦܘܦܐ (ex Ch. פפילון *papilio*, & Syr. ܦܘܦܐ *nomen avis*) *Genius inferus*, a Spiritu Venereo eruditus, & ab animis personarum, quæ jus naturæ, sive alieno pa-

*) I. 252. 14. — ܡܢ ܩܠܐ ܕܥܩܪܒܐ ܐܦܩ ܗܘܐ ܟܠܗܘܢ ܪܚܫܐ ܒܝܫܐ ܚܡܝܬܐ ܘܡܡܝܬܢܐ ,,voce, quam Scorpio protulit, exstiterunt omnia reptilia mala, iracunda et mortifera".

trimonio sibi vindicato, sive proprio fœtu necato, violarunt, pœnam in suo carcere repetens h).

[illegible] *Falgi* (coll. Syr. [illegible] *tympanum, cymbalum*, instrumentum, in festis sacris, profanis, perinde usitatum) genus Dæmonum, qui *Tympanistæ* appellati, & cum [illegible] *Laris* & [illegible] *Sirenibus* II. 196. 8 constructi.

[illegible] (ex Ch. פסף pro פסק *abscidit*, unde פסקא *pars decisa, frustum*) nominatus Genius *Scheptifer*, ceterasque creaturas illuminans I. 244. 14; cognominatus vero præter 360 alios titulos [illegible] [illegible] *Jatir Jatrun*, i. e. *Excellentissimus*.

[illegible] [illegible] *Ferun Zuto* (ex פרח *tulit* pec. *fructum*, unde Ch. פירין *fructificatio*, & [illegible] *tener*) appellata *Vi-*

h) II. 6. 17. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] „obumbrant se in hoc ergastulo duces, ju-„dices, qui limites, eorum lapidibus immutatis, pervertunt, quorum-„que feminae, lacte suo vendito, suos liberos interimunt, suarum ve-„ro sociarum liberos circumspecte sustentant: super talium pingui „bucella poculisque dulcibus fletu, ejulatu, questu in conspectum „Vitae Summae Primae adscendente. At similes hae animae hae-„dis pinguibus, quos subito auferunt, quibusque ligamina injiciunt“.

tis, in regione ܕܥܠܡܐ ܕܢܗܘܪܐ ܡܠܟܐ (vide supra p. 110, ubi hæc appellatio cuidam *Nubi* competit) i. e. *tempestive sui cultoribus profutura*, auspiciis Genii Javar florens, suaque fruge animas in sede lucis ad lætitiam & salutem lactans i).

ܦܪܚܐ (ex Ch. פרח *volavit*, unde Syr. ܦܪܚܬܐ *volucris*) *Volucris*, scil. Phœnix, nec mutabilis nec interitura, Divinitatisque Supremæ expressa imago k). Neque hæc otiosa. Numinis sui, ut ignis sui luminis, genetrix fuit, ovoque quasi posito in suo Pleromate ac domicilio splendente (ܐܫܪ), naturas sui similes & perennes, nec diverso symbolo significatas (etiam ܦܪ̈ܚܐ *Ferhi* i. e. *Volucres* hi appellati) peperit l). Parique modo *Aeternus* (יהוה, Theodoreti & Epiphanii *Jobe* i. e. *Jove*, *nomen Aeternitatis* Exod. 3. 14. אהיה אשר אהיה *Ero qui Ero*, i. e. Apoc. I. 4. 8.

---

i) II. 280. 15. ܓܘܦܢܐ ܪܒܐ ܕܬܚܬ ܢܨܒܐ ܕܝܘܐܪ ܦܪܐ ܘܡܝܢܩܐ ܢܫܡܬܐ — ܢܫܡܬܐ ܕܫܬܝܢ ܡܢ ܡܝܐ ܕܝܠܗ ܘܪܒܝܢ ܘܡܬܩܝܡܢ ܐܦ ܒܝܢܝ ܒܪ̈ܝܬܐ ܕܢܘܗܪܐ ܦܪܝܢ — ,,magna Vitis, sub germine Genii Javar ,,florens, lactansque animas; quae vero animae, hausto illius liquo- ,,re, augescentes et vegetae, etiam inter creaturas lucis se profe- ,,rent".

k) I. 130. 12. ܗܘܐ ܦܪܚܐ ܒܦܪܚܐ ,,fuit Ferho per Ferho" i. e. Summum Numen per se fuit.

l) I. 130. 17. ܒܦܪܚܐ ܗܘܘ ܦܪ̈ܚܐ ܐܠܦܐ ܐܠܦܝܢ ܘܠܐ ܡܬܡܢܝܢ ,,per Ferho exstiterunt mille mille, et innumerabiles Ferhi". Praef. T. I. VII.

ὁ ὢν, ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος) sub specie Avis, qui perpetuo & congruente, ut siderum cum motu cœli, cursu orbem suum versavit, noscendus apud Zoroastrem proponitur m). Sicut etiam hujus Angeli in mundi regimine item *Ferouers* (a Pers. پر per *volans*, unde پریدن perriden *volare*, & پرنده *perrende* i. e. *volucres*) ab eodem appellati fuerunt n).

ܦܪ̈ܝܟܐ *Ferikæ* (ex Ch. פרך *fregit*, *disrupit*, *duriter tractavit*) verisimiliter *Parcæ*, Erebi Noctisque filiæ, Latinis *Sævæ* appellatæ, Numina fatorum. Constructæ hæ cum *Spectris* ܦ̈ܓܥܐ II. 196. 7.

ܦܪܘܢܩܐ *Farvanko* (ex פרק *rupit*, *eripuit*, *liberavit*) *Liberator*, *Redemtor* animæ suo ex corpore o). Quo au-

---

m) Zend-Avesta T. I. P. II. 321. „Je fais Khoschnoumen — à toi, „oiseau, qui veilles bien sur le monde, qui es l'être absorbé dans l'excellence, à toi, révolution du Ciel, donnée de Dieu, au Tems „sans bornes, au tems long donné de Dieu". Cfr. T. I. P. II. 414. N I.

n) Zend-Avesta T. I. P. II. 415, „invoquez, vous, ô Zoroastre, le „Ciel donné de Dieu, le Tems sans bornes, les oiseaux qui agissent „en haut".

o) III. 194. 15. ܦܪܘܢ ܐܠܟܝ ܩܘܡ ܦܘܩ ܡܢ ܐܓܙܢܐ ܕܫܕܪܬܝܗ ܡܢ ܐܓܙܢܐ ܕܫܒܩܬ ܒܗ ܩܘܡ ܣܩ ܠܐܬܪܟܝ ܩܕܡܝܐ ܘܠܡܪܒܥܝܟܝ ܛܒܐ ܕܐܬܪܘܬܐ, me Farvanko (Liberatorem) ad te, anima, mise„runt. Surge, exi e trunco, in quem missus fuisti, e trunco, in quo „adolevisti. Surge, adscende in locum tuum pristinum, in hospi„tium tuum felix Geniorum".

tem nomine etiam Adakas cum suo epitheto sive ܡܠܬܐ *Verbum* II. 108. 12. 110. 4, sive ܙܝܘܐ *Splendor* II. 108. 20 cognitus.

ܦܪܨܘܦܐ *Farsufo* (Aram. פרצוף Gr. προσωπον) proprie *vultus*, improprie *persona*. Quæ autem appellatio, non modo *Domino gloriæ*, sociæque ipsius *Dominæ Netufto* II. 248. 15, sed etiam duobus Jordani custodibus *Schelmaj* & *Nedbaj* II. 254. 19 competit.

ܦܪܫ ܙܝܘܐ *Ferasch Zivo* i. e. *Expansum splendoris*, nomen *strato Jordani* impositum p).

ܦܬܐܗܝܠ *Fetahil* (ex ܦܬܐܗ *aperuit*, & ܐܝܠ *Deus* q) Genius, ab Abatur, visa sui in orco imagine, procreatus (vide p. 2. N. f), jussusque orbem condensare terrestrem, missis tribus vocibus, quarum unâ undans moles in solidum coiret, alterâ quicquid sui humoris ad liquidum sive fontis sive torrentis sive maris perduceretur, & tertiâ

p) III. 128. 9. ܢܣܩܘܢ ܠܒܒܐ ܕܦܪܫ ܙܝܘܐ ܘܠܟܦܐ ܕܝܪܕܢܐ ܡܪܐ ܕܚܝܐ ܘܠܡܫܟܢܐ ܕܐܒܗܬܢ ܥܪܒܐ ܕܝܪܕܢܐ ܪܚܡܐ ܕܡܫܬܪܝܢ ܠܡܚܙܐ „ascendamus ad ostium τῷ Ferasch Zivo, ad ripam Jor„dani, Domini Vitae, et ad aedem Parentum nostrorum, salices Jor„dani amabiles, qui absolventur, visuri".

q) II. 232. 12. ܩܪܐ ܠܒܪܗ ܦܬܐܗܝܠ ܕܚܙܝܐ ܦܬܝܚܐ ܥܝܢܘܗܝ ܘܠܐ ܦܬܝܚܢ „vocavit filium suum Fetahil, id est Intuentem aperte, „apertis oculis, quamquam hi aperti non erant".

nihil non aliti, frugiferi & piscatorii generis fieret r). Quod vero in nomine Vitæ Primæ factum: illuc etiam septemplici veste lucis ac gloriæ una cum nuce dictionis & auditionis congesta. Tamen inceptum prospere non successit II. 310. 3. Ablegavit itaque Vita Secunda, rei male gestæ certior facta, Genium Aebel Zivo, cui etiam Gabriel nomen, ad juga caliginis, qui inde coagulum terræ caperet s). Neque non eventus jam voto respondit. Exstitit enim vi illius coaguli in universum nubes, eaque quasi alata, volans, & in gyrum acta, qua (ܡܐܙܢܐ ܕܟܘܫܛܐ) *Aequilibrium justitiæ* vocata animæ cujusque corpore egressæ opera æstimarentur, ut & orbis continens, nube illa undique cinctus;

---

r) II. 308. 17. [illegible] „abi in orbem terrestrem condensandum, vocesque tres pro„nuntia. Prima voce terram condensa: voce secunda Jordanos et „torrentes in ea aperi: voceque tertia pisces in mari provoca, ut „et aves alatas, omnisque generis propagines ac semina para".

s) II. 312. 6. [illegible] „misit Vita Genium Aebel „Zivo ad juga caliginis: qui inde coagulum cepit, atque id ad Aba„tur detulit. Quod vero tiarae purae involutum Abatur deinde filio „suo Fetahil tradidit".

speciatim vero exstitit, expanso cœli firmamento, soloque terræ concreto, primum aqua tam marina quam cetera, tum nihil non piscium aviumque, deinde quicquid herbescentis frugiferæque viriditatis compertum, post quod reptile omnis generis II. 312. 10. Ad ultimum massa caliginis exstitit. Atque hinc Spiritus Venereus II. 314. 1. Qui vero callidus & illecebris potens. Fidemque obsequii Demiurgo obtulerat II. 314. 6. Quam etiam hic, sed cum jactura suæ libertatis, accepit. Etenim ipse in carcerem conditus est, inde nonnisi die judicii exiturus III. 314. 13. Opusque creationis, quod susceptum longius Fetahil provexerat, memoratus Gabriel perfecit t). At Demiurgum, in robore & tenebris sedentem, in stuprum Spiritus, promissa ipsi, ut vellet, vivendi potestate, illexit. Natique Septem & Duodecim Stellares I. 312. 13. Quos vero cum idem a Rege caliginis (cui plura nomina) etiam suscepisse memoretur, opinari licebit, hujus & Fetahilis personam pro una eademque habendam esse.

---

t) II. 314. 18. [illegible]
[illegible]
[illegible]
,,missus fuit Aebel Zivo, qui hunc mundum adornaret, opera, quae ,,Fetahil susceperat, ad finem vero non perduxerat, adornaturus, et ,,qui custos foret Adami suaeque uxoris Havae, ut ne societas con- ,,servatrix eis desset".

ܦܬܟܪܐ *Fatekri* (coll. Ar. فنكر *res ingens, stupenda*, Ch. פתכר, Syr. ܦܬܟܪܐ *imago*, admirationem sui faciens, idolum) 1 *Spectra, Phantasmata* II. 196. 7, ubi cum ܠܠܝܛܐ *Larvis*, ܡܘܬܢܐ *Fatiferis*, & ܦܪܩܐ *Parcis* id consructum. 2 *idola* I. 26. 17, ubi cum ܕܨܠܡܐ *imaginibus* id constructum.

ܦܬܘܠܐ *Fetulo* 1 (coll. H. בְּתוּלָה, Aram. בְּתוּלָא, Nas. ܦܬܘܠܐ) appellata *Virgo*, filiabus, in libidinem animo cultuque projectis, præsidens u). 2 (coll. פתל *contorsit*) *globus nubium* III. 60. 16.

ܨ

ܨܠܡܐ *Selmi* i. e. *Gemini* Zodiacales, instar *Tauri*, cui originem debuere, animantium quoque maleficorum procreatores x).

u) II. 2. 17. [illegible] „ejus in conspectu 67 filiae. Quae sedentes, nudatis in ignominiam pectoribus, recisis ad insaniam laciniis, ut „cor Deorum hominumque admirationem caperent".

x) I. 232. 5. [illegible] „quorum animalium ruminantium

ܣܘܪܘܪܝܘܬܐ *Sururjoto* (coll. Syr. ܣܘܪܝܘܬܐ) *Salamandræ* vocatæ *Feminæ*, quæ adspectu fœdæ, apud Gaf & Gafan, principes caliginis, serpentibus vero similes, versantur y). De his Plinius Lib. 10. c. 67. *Sicut Salamandra, animal lacerti figura, stellatum, nunquam nisi magnis imbribus proveniens, & serenitate deficiens. Huic tantus rigor, ut ignem tactum exstinguat, non alio modo quam glacies. Ejusdem sanie, quæ lactea ore vomitur, quacumque parte corporis humani contacta, toti defluunt pili; idque quod contactum est, colorem in vitiliginem mutat.* Aristoteles scribit, hoc esse animal in igne vivens.

ܫܒܪܝܠ *Savril* & ܟܡܡܝܪ ܙܝܘܐ *Kemamir Zivo* duo Genii, iique appellati, ille a Ch. צהור *splendidus* & איל *potens*, hic

„rumination duae Stellae, eadem vero appellatione, quia simul ex-„stiterunt, nominatae Gemini, ex quibus ipsis non bonis omnia ani-„mantia, quicquid fractum fuerit, colligentia et contorquentia, pro-„dierunt".

y) I. 258. 19. [illegible] „Gaf et Gafan formâ convoluti „et similes serpentibus: neque eorum feminae Salamandris dissimi-„les. Dixi eis: feminae vestrae, Larvae illae, et Salamandae, ad-„spectu sunt adeo deformes, ut quicquid humani abominabile, per-„versum et contortum fuerit, earum speciei ac mussitationi com-„parari nequeat".

ab Ar. زهرة *color albus*, & ܙܝܘܐ *splendor*: qui missi a Vita Prima fuerunt, unus ut solveret, alter ut duceret suis ex corporibus animas, in alteram vitam transituras: quemadmodum & hi ablegati, qui Adamo, mille annos nato, mortem nuntiarent III. 126. 3. seq.

ܙܪܟ ܙܝܘܐ *Serak Zivo* (ex Ch. צְרוּךְ, Nas. ܙܪܝܟ *commodus, utilis*, & ܙܝܘܐ *splendor*) appellatus Genius, qui animarum, aquam Stygiam in Vitæ sedem transeuntium, dux & comes z).

ܩ

ܩܕܘܫ *Kadusch* (ex קָדֵשׁ *Veneris cultui consecratus*, קְדֵשָׁה *meretrix*) cognomen Solis I. 46. 4. 88. 5, ipsi, quia Spiritui (id non impune) concubuerat, additum a);

---

z) III. 296. 18. ܐܙܠܐ ܢܫܡܬܐ ܠܒܥܝܐ ܕܡܝܐ ܗܐ ܡܛܬ ܠܒܥܝܐ ܕܡܝܐ ܘܐܒܥܝܐ ܗܐ ܗܘ ܙܪܟ ܙܝܘܐ ܦܫܛ ܐܝܕܗ ܕܝܡܝܢܗ ܢܣܒܗ ܠܢܫܡܬܐ ܘܐܒܥܝܐ ܗܐ ܐܥܒܪܗ ܒܡܒܥܝܐ ܕܡܝܐ ܘܐܘܬܒܗ ܒܐܬܪܐ ܕܚܝܐ ܝܬܒܝܢ „pergens anima ad canales aquae (Stygiae, cujus loco per errorem vivae irrepsit) ubi ad canales hujus aquae pervenerat, „Serak Zivo D., dextrâ porrecta, eam excepit, per canales hujus „aquae trajecit, et in sede, quam Vita tenet, collocavit".

a) I. 222. 17. ܫܡܫ ܒܐܪܙܗ ܐܚܕܬܗ ܘܫܘܝܬܗ ܐܝܟ ܐܢܬܬܐ – ܐܝܟ ܐܢܬܬܐ ܕܫܟܒ ܥܡ ܪܘܚܐ ܩܕܘܫ „Solem, in suo arcano deprehensum, constitui „instar mulieris, quia Spiritui concubuerat".

ut etiam gente, quam Sol condidit (de qua autem infra); non alia libidinosior.

ܩܘܕܫܐ ܕܫܒܥܐ ܩܘܕܫܐ *Kudscho di Schubæo Kudscho* i. e. *Festivitas Septem Festivitatum.* Eaque tam sanguini, sive cæsi hominis sive menstrualis mulieris fuso, quam aquæ, ex Jordano surreptæ, & in sacramentum baptismi Christiani versæ, dedicata b).

ܩܘܕܫܐ ܕܐܬܢܐ *Kudscho di Atono* i. e. *Festivitas Asini.* Eaque sexus utriusque, masculini, feminini, deformiter corruptrix: irritamentis nefandæ libidinis ex occulto monstratis c).

---

b) II. 88. 1. [illegible] „Abortivi, ubi aliquis occisus fuit, „sanguinem ejus sumtum, et cum pane coctum, cibo praebent, ut et „menstrua et polluta virginum, vino mista, potui propinant — at„que aquam Jordano surripiunt; et, igne hac calefacta, atque in quaestum versa, viros feminasque, descensione illuc facta, ut Apostoli „baptizant, aquâ autem, ipsis propinata, in nomine Patris, Filii, et „Spiritus Sancti baptizant".

c) II. 88 12. [illegible]

ܩܘܕܫܐ ܕܒܝܬ ܡܩܕܫܐ *Kudscho dibet mekadsche* i. e. *Festivitas Sanctuarii*, item ܫܒܥܐ ܛܘܒܢܐ ܟܢܦܐ *Schubœo Tubone Kanfe* i. e. *Septem felicium alarum* vocata. Eaque oleo fausti ominis (ex cerebro fœtus per vim editi hoc paratum), quo non aliud ad magicam aut veneream fallendi artem utilius, sacrata d). Quæ autem, nomine etiam ܩܘܕܫܐ ܕܓܘܡܪܬܐ *Kudscho di gumarto* i. e. *Sanctitas ardentis cupidinis* nota, Nomadibus adspectu horridis, moreque pecudum in solitudine viventibus, (*Vagi Pastores* hi appellati) sed supra hominem ambitiosis, præsertim culta e).

„ejus ope tota animae cujusque natura irretitur; Existunt inde ju„venes cinaedi, in insidiis consistentes; quibusque originem cor„ruptores et corruptrices debent".

d) II. 90. 10. [illegible]
„haec eorum est, qui, compressa muliere, eâque semine soluto gra„vida facta, septem post menses ictu inflicto foetum exprimunt, „atque, hoc in defluvio, sanguine, fimo et menstruis excepto, ex ejus „cerebro oleum benedictionis parant: sicut et, re ista arcana in „aqua elixata, placentisque sanctitatis ex ejus ossibus cum croco et „glande paratis et coctis, praestigias et libidinem exercent".

e) II. 90. 18. [illegible]

ܩܒܙܝܐܝܠ *Kabziel* (ex ܩܒܙܐ *parvus* & ܐܝܠ *potens*) vocatus Genius natu minimus, ideoque duorum fratrum suorum tutelæ commendatus II. 138. 11.

ܩܝܢ *Kin*, quam matrem Ur, & quam uxorem Anatan, uterque rex caliginis, habuit, nominata a Syr. ܦܘܠܐ *violaceo* colore, ut illa *Kin*, a cujus stirpe hæc generata erat, a ܣܘܡܩܬܢ *rubedine* cognominata fuit I. 268. 11. I. 270. 4.

ܩܝܢܐ *Kajno* i. e. *Libra* Zodiacalis, aquaticæ cujusque & letiferæ bestiæ procreatrix *).

ܩܪܕܘܢ f) *Kardun*, Græc. Γοϱδαιον οϱος, H. אררט, mons Armeniæ. Refert Berosus Chaldæus apud Josephum Lib.

ܕܪܝܫܐ ܐܝܟ ܣܐܥܪܐ ܕܗܘܢܐ ܠܝܠܝܐ ܘܣܡܪܝܢ ܥܡܗܘܢ ܗܘ ܕܐܠܗܐ ܘܢܣܒܝܢ ܥܦܪܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܡܚܠܛܝܢ ܠܗܘܢ ܒܟܠ ܨܒܘ ܘܡܐܟܠܬܐ „errantes per montes, colles, et „solitudines, similesque Diabolis, ii ad nudum exuti: tali coma, „qualis hircorum, eaque specie, quae foedior nocte: herbescentes„que viriditates hi edentes: et mussitantes, Deum cum illis esse, „contendunt: ut et sumtum mortui Messiae pulverem omni „operis ac cibi generi miscent".

*) I. 132. 13. ܡܢ ܩܠܐ ܕܩܝܢܐ ܡܥܒܕܢܐ ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܡܢ ܡܝܐ ܕܒܝܫܝܢ ܘܡܘܬܢܝܢ ܠܒܪܝܬܐ „voce, quam Libra protulit, exstiterunt omnes ii „aquae proventus, qui mali, et creaturis letiferi".

f) III. 72. 11. ܩܘܒܬܐ ܥܠ ܛܘܪܐ ܕܩܪܕܘܢ ܢܚܬܬ ܘܩܡܬ „arca No„achi, super montem Kardun descendens, ibi haesit".

X. c. 11, de Sanheribi, Assyriorum regis, parricidis filiis, eos εις την Αρμενιαν απηεραν *in Armeniam aufugisse*, pro quo Jes. 37. 38 dixit in והמה נמלטו ארץ אררט *qui fuga in terram Ararat evaserunt.* Qui etiam apud Josephum Lib. V. c. IV addit: λεγεται και τȣ πλοιȣ εν Αρμενια προς τω ορει των Κορδυαιων ετι μερος τι ειναι. *Fertur & navigii illius in Armenia ad montem Cordyæorum pars quædam superesse.* Neque dissentit Onkelos, qui vertit הרי אררט Gen. 8, 4. טורי קרדו *montes Kardu.*

ܩܪܒܬܢܐ *Karabtono* s. ܩܪܦܬܢܐ *Karaftono* i. e. *Belliger* appellatus ܫܕܘܡ *Schedum*, nomini item ܒܘܪܐ *Buro* cognitus, princeps caliginis I. 264. 1, cui Spiritus Venereus ter concumbens, prima vice Septem Stellares I. 178. 8, secunda autem Duodecim Stellares I. 180. 4, & tertia Quinque Stellares I. 182. 5 concepit. Sic etiam ܩܪ̈ܦܬܢܐ *Karaftoni* i. e. *Belligeri* vocati Dæmones, qui a Spiritu Venereo perinde procreati, huic regi caliginis Socii fuerunt I. 298. 14. I. 302. 6.

ܪ

ܪܒ ܙܝܘܐ *Rab Zivo* i. e. *Dominus splendoris*, cui, ubi Ur, rex caliginis, vinctus fuerat, thronus sceptrumque mundi tradebatur I. 172. 5.

ܪܒ ܡܠܟܐ vide ܡܠܟܐ.

ܐܪܙܐ ܪܒܐ Rozo Rebo (ex ܐܪܙܐ *arcanum*, & ܪܒܐ *magnus, magister*) vocatus Genius, a Jufin Jufafin non differens, comesque Genii Aebel Zivo, in mundum, cui Zartaj Zartanaj præerat, se conferentis I. 238. 18.

ܪܘܙ Revaz (ex ܪܘܙ *exsultavit, lætatus est*) nomen *Vitis*, cui vim salutiferam Vita tribuit, & cujus odore omnes Genii exsultant II. 280. 8.

ܪܘܚܐ *Rubi*, ut τα πνευματα Matth. 8. 16. Luc. 10. 20, *Spiritus mali:* qui etiam cum Satanis, Diabolis, & Dæmonibus I. 114. 15 conferuntur.

ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ *Rubo di Kudscho* nominatus *Spiritus Venereus* Septem-Stellaris, qui cognominatus *Astro* s. *Aschtero* (Stella Veneris), *Lebbat* (Inflammans), *Hamamet* (Incendens), & *Namrus* (Calefaciens), de quibus nomi- nibus supra I. 54. 3. I. 156. 3. 16. Quas vero appellationes accepit, quia, ut supra dictum est, non modo Demiurgum ad stuprum pellexit, sed etiam hoc nefas cum Sole, qui item ܟܘܡܪܐ *Veneris cultui consecratus* exinde vocatus est, commisit. Quibusque accesserunt ܦܘܠܩܬܐ ܥܠܘܢ *Hyæna*, callide sæviens, ܟܡܘܪܐ *Chimæra* ignem spirans, & ܩܨܒܐ *Sacrificula* sanguinem effundens g). Neque non titulum res

g) I. 154. 1. ܪܘܚܐ ܡܫܪܥܬܐ ܐܘܪܬܐ ܢܒܝܐ ܕܟܪܒܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܫܬܐ ܘܩܕܫܬܐ ܢܘܪܐ ܡܢ ܫܠܡܬܐ ܥܠܘܢ ܦܘܠܩܬܐ ܪܘܚܐ ܟܡܘܪܐ ܢܘܪܐ ܘܩܨܒܐ

etiam secuta est. Etenim partim ipse per irritamenta libidinis *) partim per suos Dæmones, de quibus supra, genus humanum afflixit h). Quamquam non impune. Dejectus suo gradu sublime vinctus est **). Cui autem apud Sabios hic honos, auctore Muhammed Abi Taleb, fuit i): *Templum Veneris forma trigonum, opere eminens, colore-*

ܪܘܚܐ ܕܠܒܬ ܗܝ ܟܡܣܐ ܘܟܡܣܟܡܣܬܐ ܡܪܝܐ ,,Spiritus Venereus est ,,animus fraudulentus, mendax est animus Spiritus mendacis, totus ,,praestigiarum plenus: sedens haec Hyaena, Chimaera, Sacrificula, ,,utitur praestigiis mendacii, callideque circumit".

*) I. 210. 21. ܠܪܘܚܐ ܒܟܠܝܗܘܢ ܫܦܪܐ ܕܗܘ ܚܙܝܘܗ ܠܒܪܝܬܐ ܘܫܚܢܘܢ ,,tributus fuit Spiritui nitor, quo viso creaturae incale- ,,scerent".

h) I. 226. 7. ܟܠܐ ܕܥܒܪ ܪܘܚܐ - ܟܘܠ ܝܘܡܐ ܒܨܘܡܐ ܝܬܒܐ - ܘܟܘܠܗ ܝܘܡܐ ܒܐܒܠܐ ܝܬܒܐ ,,res quaevis, cujus conditor Spiritus, ea ,,indies in jejunio sedens, ea indies in luctu sedens".

**) I. 222. 15. ܪܘܚܐ ܕܚܩܬܗ ܡܢ ܟܘܪܣܝܐ ܘܐܪܡܝܬܗ ܚܨܡܐ ܕܓܡܠܐ ܘܡܚܝܬܗ ܒܫܒܛܐ ܡܫܡܪܐ ܕܝܠܝ ܘܐܚܕܬܗ ܒܣܥܪܗ ܘܐܣܪܬܗ ܒܡܨܥܬ ܫܡܝܐ ,,deturbavi Spiritum suo solio, fraeno cameli injecto, meo- ,,que baculo expedito percussi, suaque comâ prehensa, centro coeli illigavi".

i) هيكل الزهرة هو مثلث الشكل مستطيل ولونه ازرق لازوردي جدرانه وسوره وفيه من الات الطرب واللهو والملاهي كل نوع وسدنته لا يزالون يلعبون وغالبهم

que, qui illatus erat muris, obscure cæruleum. Neque instrumentis musicis, iisque omnis generis, quibus pulcherrimæ virgines seu ancillæ (plurima ex parte hæ ibi sacerdotes) ludebant, illud destitutum. Eoque in medio simulacrum Veneris, æreum & rubrum, quod solio quinque graduum impositum fuit, cultum. Nam die Veneris, Stellaque hac verticem cœli assecuta, illuc concursum est. Tamen nemini, nisi candide vestito, introire licuit. Ductusque tum sacer chorus. Qui vero interfuerunt, ii palmam suis quisque manibus gesserunt. Atque vetula circa idolum in gyrum acta, solutum hoc votum fuit: tibi, Domina augustissima, hanc mulierem, candore vultus tui similem, nec ingenii acumine tui dissimilem, obtulimus; quam accipias, rogamus. Quo facto, strueque lignorum circa

---

جواري ابكار حسان وفي وسط هذا الهيكل كرسي عليه صنم من نحاس احمر من فوق خمس درجات فاذا كانت الزهرة في شرفها اتوا الي الهيكل يوم الجمعة وطافوا بالصنم وعليهم البياض وبايديهم العيدان ومعهم عجوز يطوفون بها حول الصنم قايلين قولا معناه قد جيناك ايها الربة السعيدة قد قربنا اليك ما يشبهك بيضا كبياضك ظريفة كظرفك فتقبلها منا ثم ياتون بالحطب فيجعلونه حول العجوز ثم يحرقونها ويحثون الرماد علي الصنم *

illam unum congesta, subjectis facibus eam combusserunt, atque idolum cineribus consperserunt.

ܪܢܡ ܪܢܙܐ scribe ܪܥܡ ܪܒܙܐ *Ream Rebzo* (ex רעם *tonuit*, & Syr. ܪܗܙ, Ar. رهز *agitatus, concussus fuit.* Vide Lexid. Cod. Nas.) *altitonans*, (ut Hom. ὑψιβρεμετης, & βοανεργες Marc. 3. 17. ex Ch. בני הרגש *filii tonitru*) nomen Genii, qui sicut Adakas Mano, ne speciem ejus ceteri Genii viderent, velamine lucis indutus fuit I. 216. 1.

ܪܡ *Ram* & ܪܘܕ *Rud* duæ voces (probabiliter illa ex רעם *tonuit*, hæc ex רעד *tremuit*) totidemque appellationes, una viri, altera feminæ, quæ personæ, generi humano, armis castrisque sublato, superstites, ipsius restauratores forent k); sicut etiam *Filii Zebedæi* υἱοι βροντης nominati fuerunt Marc. 3, 17, atque Genius proxime memoratus item ܪܥܡ ܪܒܙܐ Gr. ὑψιβρεμετης *Altitonans* vocatus est.

---

k) I. 50. 15. ܥܠܡܐ ܒܩܪܒܐ ܘܡܘܬܢܐ ܡܬܒܛܠ ܘܠܐ ܡܫܬܐܪܝܢ ܐܠܐ ܪܡ ܓܒܪܐ ܘܪܘܕ ܐܢܬܐ ܢܗܘܘܢ ܕܡܬܩܪܝܢ ܪܝܫܐ ܕܫܪܒܬܐ ܘܡܢܗܘܢ ܡܬܥܝܪ ܥܠܡܐ ܘܡܬܢܦܫ „mundus bello et internecione tolle„tur: nec nisi Ram vir et Rud femina superstites erunt: quibus„que nomen Caput generationis dicetur, et a quibus excitabitur „mundus ac animabitur". Cfr. I. 52. 5. I. 94. 11. 18. II. 160. 11. III. 70. 15.

ܫ

ܫܕܡ *Schedum* (ex שׁדד *vastavit, destruxit*, unde שַׁדַּי Ar. شديد *validus, robustus*, cum ܡ *parag.* & *intens.*, ut H. מלכם 1 Chr. 20, 2. 1 Reg. II. 5. 33. *rex maximus*, Deaster Moabitarum) appellatus princeps caliginis; qui præterea ܒܪ ܒܪܗ ܕܚܫܘܟܐ *Nepos caliginis*, item ܩܪܒܬܢܐ ܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܚܫܘܟܐ *Belliger rex mundi caliginosi*, alioque nomine ܒܘܪܐ *Buro* vocatus est I. 262. 16. I. 264. 1.

ܫܐܕܐ (H. שֵׁדִים, Syr. ܫܐܕܐ ex שׁוד, cogn. שׁדד *vastavit, destruxit*, ut Απολλυων Apoc. 9. 11. *Vastator*) *Diaboli*, qui I. 114. 15 *cum Satanis* & *Dæmonibus* constructi.

ܡܫܬܒܗܪܐ *Maschtebusi* (ex H. & Ch. שׁחץ proprie *superciliosus* ex Ar. شمخص *supercilia sustulit intuens*, unde شامخص *arrogans, vexans*. Hinc H. שׁחץ proprie *elatio*, improprie *ferocia* Job. 28, 8. 41, 26 בני שחץ *filii ferociæ* i. e. *animalia ferocissima*; & Ch. שׁחץ, שׁחצן *elatus, superbus, ferox leo*) *Feroces*, epitheton *Duodecim Stellarium*. Neque aliud eis convenientius. Animantia, quæ Arietis, horrisona: quæ Tauri, malefica: quæ Geminorum, confringentia: quæ Cancri, serpentia & venenata: quæ Leonis, voracia: quæ Scorpionis, reptilia & letifera: quæ Capricorni, generis volucris pessima: &, quæ Piscium, item sui generis nocitura. Sicut etiam Libra, Sagittarius & Aqua-

rius dicuntur auctores, illa damni, quod herba aliqua aquatilis, iste calamitatis, quam ira, & hic perniciei, quam fera marina attulerit. Neque Virgo innocens; restituto I. 232. 13, ubi de ejus prole fit sermo, ܒܢܝܐ, quod post [illegible] omissum fuit (integrum hoc in lin. seq., ubi mentio de Libræ sobole est, mansit). Sensusque, respectu contextus, obscuri hujus loci erit: *quæ malæ in mundo vigent* pro reddito *quæ in mundo vigent.* Neque opus tum erit correctione in Lex. p. 227. lin. 21, quæ oblivione nostri p. præc. lin. 20 facta est.

ܫܟܝܢܬܐ *Schekinoto* (ex Hebræorum שכינה *præsentiâ* pec. Dei gloriosa, nubeculam sibi circumdans in arca fœderis 1 Sam. 4, 12, interdum omne templum implens 2 Paral. 7. 12. Vide Buxt. Lex. p. 3754. Quæ vocata ἡ σκηνη τȣ Θεȣ μετα των ανθρωπων Apoc. 21. 3, & δοξα Luc. 2. 9. Joh. 1. 14. 1 Cor. 11. 7). *Gloriæ* s *Majestates*, totidem Divinitatis personatæ imagines; ut etiam δοξα Κυριȣ 2 Cor. 3, 18, coll. Joh. 1. 14. est *divina Christi persona* atque αἱ δοξαι 2 Petr. 2, 10. Jud. v. 8 sunt *personæ*, in dignitate *magistratus* constitutæ 1).

[illegible] vide [illegible].

1) I. 130. 17. ܒܦܪܗܘ ܗܘܝ ܪܒܘܢ ܪܒܘܢ ܫܟܝܢܬܐ ܕܠܐ ܡܬܡܢܝܢ „per Ferho exstiterunt myriades myriades Majestatum, quae „innumerabiles“.

ܫܘܡܒܠܬܐ *Schumbelto* (Syr. ܫܒܠܬܐ) *Virgo Spicifera* Zodiacalis, herbæ cujusque & frugis noxiæ genetrix m).

ܫܡܝܫ *Schamesch* (Indianorum *Schiva*, quod ex شوبة *calor*, *sol*), vide supra ܐܕܘܢܝ *).

ܫܪ ܓܘܦܢܐ *Schar gufno* (ex H. שׂר *princeps*, & גפן, Ch. גופנא *vitis*) *Vitis primaria* Vitæ, quæ in sede Domini Juro (hic Rex lucis) posita II. 280. 14, suaque proceritate & amplitudine religiosum quemcumque obumbrans III. 68. 2.

ܫܪܬ ܓܘܦܢܐ *Scharat Gufno* (ex H שׁרת *ministravit*) *Vitis administra*, maxima, occulta; qua non alia tempore prior, & quæ Nube Jasmus obumbrata III. 60. 18.

ܐܘܪܐ ܫܪ vide ܣܘܡܟܝܪ ܫܪ.

ܫܘܪܝܠ *Schuril* (ex Aram. שׁהר *vigilavit*, unde Nas. ܫܗܪܐ *vigil*) cognomen *Lunæ*, item *Sebro*, *Siro*, *Sin* nominatæ, (de quibus supra) quæ etiam Latine *Pernox* dicta. Quæ

m) I. 232. 11. ܡܢ ܩܠܐ ܕܫܘܡܒܠܬܐ ܕܐܡܪܬ ܩܡܘ ܦܐܪܐ ܒܗܝܢ ܩܝܡܝܢ ܗܘ ܦܐܪܐ ܥܣܒܐ ܘܐܝܠܢܐ ܕܡܪܥܝܢ ܒܥܠܡܐ ,,voce, quam Virgo protulit, exstiterunt fruges, herbae et arbores, ,,quae malae (ܒܝܫܐ in Cod. omissum videtur) in mun- ,,do vigent".

*) I. 212. 4. ܠܫܡܝܫ ܡܠܟܝܗ ܟܕܒܐ ܕܒܗ ܡܫܬܓܕ ܒܟܠܗܘܢ ܒܪܝܬܐ ,,tributum fuit Soli mendacium, quo ab omnibus creaturis ,,coleretur".

origo composita magis, quam simplex Syr. ܦܘܪܐ *albugo* (qui color Lunæ), formâ hujus obstante, forsitan placebit I. 54. 4. I. 98. 1.

ܫܘܪܒܝ *Schurbaj* & ܫܪܗܒܐܝܠ *Scharhabil* duo nomina; illud viri (ex שרביה Esr. 8, 18. 24 *liberatus per Dominum*), hoc feminæ (ex ܫܪܗܒ *procreavit* II. 120. 1. III. 58. 12), quæ personæ, mundo cremato superstites, de integro generis humani parentes exstiterunt I. 52. 2. I. 94. 16. II. 162. 2. III. 70. 19. Innotuere autem nomine etiam *Scharhabil*, 1 Mano, Rex lucis, Vitæ splendorem sui impertiens n); 2 Vitis, in regione Genii Aebel Zivo vigens II. 280. 10; 3 Genius quidam, Genium Anusch collustrans & commonefaciens o).

ܫܬܠ vide ܫܒܬܠ.

---

n) II. 114. 5. ܫܪܗܒܐܝܠ ܫܘܡܗ ܘܢܦܩ ܙܝܘܐ ܡܢ ܦܪܫܘܬܗ ܘܢܗܘܪܐ ܢܗܘܪܐ ܠܗ ܦܪܫܘܬܗ — ܩܪܐ ܠܢܦܫܗ ܢܒܥܐ ܕܙܝܘܐ ܘܢܗܘܪܐ ܕܢܦܫ ܢܦܫܗ ܢܦܩ ܙܝܘܐ ܘܢܦܩ ܢܗܘܪܐ „Scharhabil ejus nomen: et exiit splendor ex sua ipsius patefactione: quam patefactionem lux etiam tenuit — Vocavit se ipsum splendoris ac lucis originem: cujus ex anima accensus splendor, lux accensa".

o) II 138. 6. ܐܠܒܫܢܝ ܢܗܘܪܐ ܛܒܐ ܘܡܠܟܝ ܡܠܟܐ ܒܦܐܬܐ ܠܐܚܝ ܕܠܡܠܟܐ ܡܠܟܐ ܠܐܚܝ ܘܠܒ ܡܠܟܐ ܕܪܒܐ ܙܘܛܝ „induit mihi bonam lucem, bonaque mei respectu consilia fratribus meis, natu tam majoribus quam minoribus, injunxit".

ܬ

ܬܬܘܢ vide ܬܒܘܢ.

ܬܬܓܡܘܪ *Tatagmur* (incertæ originis, forte, permutatis literis cognatis, ex כפר, كفر *obtexit*, *operuit*, unde 1 כֹּפֶר *vitis cypria* Cant. I. 14: אשכל הכפר דודי לי בכרמי עין גדי *uva cypria est amicus meus, ex vineis Engeddensibus*; 2 كفر *caligo noctis* i. e. *obtecta*, *obnubilata lux* diei) appellatur 1 *species arboris* probabiliter *Vitis cypria*, apud Jordanum, Domino celsitudinis proprium, vigens; 2 *Nubes*, quam Vita Secunda Juschamin sibi sedem obtinuit II. 280. 7.

ܬܪ *Tar* & ܬܪܘܢ *Tarvan* (verisimiliter ex ܬܗܪ *admirabilis fuit*) nominati duo Genii, qui apud Jurbo (Solem) versantes II. 76. 20. Regioque, quæ eorum sedes, item ܬܪܘܢ *Tarvan* cum epitheto ܕܟܝܬܐ *pura*, appellata II. 244. 15. Quæ autem ex regione Vitæ Secundæ generata, sed regione Vitæ Primæ Ajar ætate minor III. 36. 5, collustrata & in sempiternum renidens dicitur; quæ Geniis, a Vita procreatis data sedes est II. 248. 10; & cujus custos Genius splendidissimus, a Nebat generatus, Geniumque Javar habitu referens, celebratur p).

---

p) III. 34. 17. ܠܒܫܢܝ ܗܘܐ ܙܝܘܐ ܕܟܝܐ — ܕܡܘܬܝ ܕܡܘܬܗ ܕܝܘܪ ܙܝܘܐ — ܕܠܐ ܡܢ ܚܫܘܟܐ ܗܘܬ ܘܠܝܬ ܒܗ ܚܣܝܪܘܬܐ ܘܫܘܪܟܐ „vestivit me splendore puro: mea forma forma Genii Javar: quae ex caligine non orta nihil vitiosi et mendosi habet".

ܬܘܪܐ *Tauro* i. e. *Taurus* Septem-Stellaris, animantium, quæ ruminantia, sed malefica sunt, procreator *).

ܬܘܪܐܝܠ *Tavril* (probabiliter ex H. תאר *forma, species*, & איל *potens*, appellata Viris *Formosissima*, apud Jordanum puræ regionis Tarvan vigens, II. 280. 6.

ܬܡܘܙ *Tamuz* i. q. Deaster H. תמוז Hez. 8. 14. הנה שם הנשים ישבות מבכות את התמוז *En! ibi sedebant mulieres lugentes ob Tammuz*, & Syr. ܬܡܘܙ, de quo Bar Bahlul ita apud Castellum: *insignis venator, quem cum Venus inter venandum adamaret, rapuit eam Tamuz a marito suo; hunc foras exeuntem ad quærendum uxorem suam interfecit Tamuz; ipsi paullo post Tamuzo e deserto occurrens aper sylvestris, eum neci dedit; hinc planctum pro eo fecerunt parentes ejus, luctumque ingentem mense Tamuz. Alios inter ritus pessimos, ab Ethnicis acceptos, hunc etiam amplexi sunt Judæi, & festum similiter ei hoc ipso mense instituebant.* Neque hic ab

---

*) I. 232. 3. ܩܠܐ ܕܪܡܐ ܬܘܪܐ ܒܩܠܐ ܕܪܡܐ ܢܦܩܘ ܒܝܫܬܐ ܩܝܡܘܗ ܗܘܐ ܕܗܦܟܝܢ ܒܦܘܡܗܘܢ ܟܠ ܙܢܝܐ ܙܢܝܐ ܟܠ ܕܫܬܝܢ ܒܦܘܡܗܘܢ ܕܡܦܫܪܐ ܐܦܩܘܗ ܕܬܡܬܐ ܕܢܦܫܗܘܢ ܡܦܩܝܢ ,,Voce, quam protulit Taurus, exstiterunt animantia, omnis generis malefica, quae reciprocant ore, quicquid haustum fuerit; quae autem id ore liquefactum reciprocantia eodem actu ardorem animi sui proferunt".

Adonide diversus, de quo sic Hieronymus in Hezechielem: *qui juxta gentilem fabulam in mense Junio,* (Adonis) *amasius Veneris & pulcherrimus juvenis occisus, & deinceps revixisse narratur, eundem Junium mensem eodem appellant nomine, & anniversariam ei celebrant solennitatem, in qua plangitur quasi mortuus, & postea reviviscens canitur atque laudatur.* Qui cultus, teste Luciano de Dea Syra, quotannis a mulieribus in viciniis montis Libani & urbe Byblo repetitus est. Neque, qui nostro Tamuz tribuitur, ei dissimilis. Ipsi enim nec sui cultores defuerunt. In quibus vero memorabiles praecipue mulieres. Eaeque haud degener proles earum Septem, quas *Roseas*, cultu habituque in scortandi libidinem compositas Fetahil procreavit, quarumque animabus in carcere imperavit q).

---

q) II. 178. 6. ܗܢܐ ܡܛܪܬܐ ܕܫܒܥܐ ܨܘܪܬܐ ܕܒܪܐ ܦܬܚܝܠ ܘܗܢܝܢ ܒܘܪܕܐ ܡܟܣܝܢ ܒܘܪܕܐ ܡܬܟܣܝܢ ܘܟܠܝܠܐ ܕܙܢܘܬܐ ܘܕܦܚܙܘܬܐ ܪܡܐ ܥܠ ܪܝܫܝܗܝܢ ܒܦܚܙܘܬܐ ܘܒܙܢܘܬܐ ܪܡܝܐ ܒܥܘܒܝܗܝܢ ܘܕܪܥܝܗܝܢ ܦܫܝܛܢ ܠܣܪܝܩܘܬܐ ܘܢܚܬܝܗܝܢ ܐܣܝܪܝܢ ܠܫܛܝܘܬܐ ܘܒܚܪܝܢܐ ܘܒܕܘܡܐ ܢܦܠܝܢ ܥܠ ܚܕ̈ܕܐ ܘܒܒܝܫܘܬܐ ܡܟܣܝܢ „haec custodia pertinet ad Formas Septem (forsitan Stellares) quas Fetahil procreavit. Eaeque Rosae vestitae, Rosae velatae, coronâ lasciviae et fornicationis capiti earum imposita, lasciviâ cum flagitio sinui earum immissa, brachiis in nefas nudatis, vesteque in insaniam substricta, mutua autem lite et discordia subjecta, et improbitate obtecta". Quibus haec de illius Deastri festo accedant

ܬܪ̈ܥܐ *Teræ* (H. שַׁעַר, Aram. תרעא) *portæ*, meton. *principes*, *magistratus*, synecd. *Aula*, ut Porta Ottom.) *Portæ* Geniorum, c. c. ܡܪ̈ܘܬܐ *Majestates* I. 130. 19, ut θρονοι, κυριοτητες, αρχαι, εξουσιαι Col. I. 16.

---

lin. 12. ܐܙܠܝܢ ܠܒܝܬ ܬܡܘܙ ܘܝܬܒܝܢ ܬܡܢܝܐ ܘܥܣܪܝܢ ܕܒܚܝܢ ܘܡܡܙܓܝܢ ܟܣܐ ܘܡܫܘܝܢ
ܓܪ̈ܝܣܐ ܘܝܬܒܝܢ ܒܡܬܐ ܘܬܡܢܝܐ ܘܡܚܪ̈ܫܐ ܕܩܛܝܠ ܕܩܛܝܠ ܘܡܚܪ̈ܫܢܐ
ܘܡܚܪ̈ܫܢܝܬܐ ܘܚܪ̈ܫܐ ܘܚܪ̈ܫܬܐ ܘܓܝ̈ܪܐ ܘܓܝ̈ܪܬܐ ܘܓܢ̈ܒܐ ܘܓܢ̈ܒܬܐ
„contendunt ad templum Deastri Tamuz, qui sedentes octo et „viginti immolatores, miscent conviviis phialas, placentasque ad- „jiciunt; qui sedentes victimam immolatam hauriunt, harioli et „hariolae, venefici et veneficae, adulteri et adulterae, atque fures „tam viri quam feminae".

✡ ✡ ✡

✡ ✡

REGES PERSARUM STIRPIS PISCHDADI.

I ܓܝܘܡܪܬ *Gajmurat* corrupte pro كيومرث *Kejumerth* appellatus rex Persarum primus (ex P. كي *dominus, rex*, mutato כ in cogn. ג, & H. אמירה *sermo*) significatu *Princeps facundus* a): qui suis consiliis & verbis vitæ cultioris auctor celebratur. Hominibus cavernæ frigoris, caloris suffugio, pellis velamini, victui herba fuerat. Condere vero tecta, vestes conficere, agrosque colere hic eos docuit. Sicut & qui hostis cominus manuque pulsus fuerat, ille eninus telisque, hoc magistro, petitus est. Quamobrem primus ut Nimrod venator, ita Kejumerth fundator nuncupatus est. Regnavit hic (sua familia) 900 a. (Cod. Nas.) sed vixit 1000 a. regnavit vero 30 a. (Lubb Ettavarich) aut 40 a. (Tarich Fenai).

---

a) Tableau Hist. de l'Orient T. I. 80. on proclame Emin (le premier Chef des tribus) en lui donnant le surnom de Keyoumers, qui, en idiôme Syriaque - signifie le doué d'uué bonne elocution, et cela à cause de la facilité avec laquelle il s'exprimoit. Tarich Fenai: كيومرث ديرلر قولي اوزره معناسي حي ناطق ديمك اولور ,,Kejumurth ille vocatus: vocabulo hoc animal ,,eloquens significante.

II ܙܪܕܘܢܐ ܝܬܐ ܠܚܡܘܪܬ (scribe ܠܛܗܡܘܪܬ) *Zardono Jato Lahmurat* probabiliter duplicis personæ appellatio, deficiente quamvis particula conjunctionis; una ܙܪܕܘܢܐ ܝܬܐ scribe ܝܬܒܐ ex Syr. ܝܬܘܒܐ *herba lactaria*, & ܙܪܕܘܢܐ ex Syr. ܙܪܘܥܐ *sator*, cui verisimiliter respondet هوشنك *Huschenk* ex هوش P. *intellectus*, *judicium*, cum termin. Pers. *concreti* ناك (serendæ rigandæque vineæ hic magister dictus); altera ܠܛܗܡܘܪܬ corrupte pro طهمورث ex H. טהור *purus*, *nitidus*, mutato ו in cogn. ט (religionis virtutisque ut parens antecessor, sic patronus hic celebratus); dominatione utriusque (NB. familiæ), illius 500 a., hujus 30 a., eam quæ nostri in Cod. Nas. 600 prope æquante; unde opinioni nostræ etiam fides accedit b).

---

b) Tarich Fenai: هوشنك - عدل وداوي زيادة لكندن اكا پيشداد ديديلر - وارقلر قازوب صو صالوب باغ وباغچه زيتن اول ايلدي - وتقوا ايله روزكار كچوردي „Huschenk, cui sua justitia et beneficentia cognomen Pischdad (ex پيشداد praecellens beneficiis), quod etiam „in posteros hujus stirpis transiit, fecerant, primus „fuit, qui, apertis canalibus, vineta olivetaque irrigaret. Qui idem „religiose quoque vitam traduxit". Quin etiam, ut memoria est, inventa arte scribendi libroque composito, subditos jure divino humanoque devinxit. Parique modo Tahmurat, hujus successor, providit, ne quid contra fas et morem fieret. Tarich Fenai: طهمورث خلايق رعايتنه وممالك حمايتنه جد وجهد ايله مشغول

III ܨܠܡܫ ازيسك *Lafresch Zisag* (ex Syr. ܨܠܡܐ *imago, idolum* cum termin. Pers. *abstracti* ش, & Syr. ܙܝܩܐ *faces*) propr. *Imago scintillans*, impropr. appellatio Regis *illustris*, alio nomine جمشيد *Gemschid* ex P. جام *speculum*, & شيد *clare lucens*, (sicut etiam inde, sed شير *leo* addito, جمشير *Gemschir*, nomen antiquissimi Persarum regis, originem duxit). Quod autem ob pulchritudinem tam moris quam oris ipsi dictum fuit c). Numaque

---

اولدي - انكچون صورتن دوزوب انكله خرسنه اولوردي
تاكم بو حال ايله بت پرستلكه منجر اولدي
„Tahmurat curae civium regnique tutamini magnopere intentus fu-
„erat. Fingere itaque ejus simulacra, haec in universum pietas
„erat. Atque hinc idololatriae origo". Coluisse vero Persas regem, quasi Deum facerent, res nota est. Cfr. Lubb Ettavarich et Gihan Numa.

c) Fenai Tarich: جمشيد جهان ملكنه عدل وداد ايله
زيب وزينت ويردي حسن وجماله بي نظير وفضل
وكماله دلپذير ايدي - عاقبت مفرط جاه وغروري -
دماغنه فاسد خيال صالوب عالم اهلن كندو عبادتنه
امر قلوب كندو صورتنه بتلر دوزدروب خلقي
كندويه طپنغه امر ايدوب بت پرست ايلدي
„Gemschid summae imperii, quod adspectu ille victuque formosissi-
„mus acceperat, tam juste et humane, ut nihil supra, praefuit. Sed
„ad ultimum fastigii sui pertaesum est. Nam superbiens, majori-
„que quam humana ambitione Deo se aequans, cultum sui divinum
„subditis imperavit. Nec obsequium defuit. Fictis ejus simulacris,

Pompilio hic comparandus. Etenim non modo sollemne pietatis instituit, sed & annum ad lunæ cursum in duodecim menses, triginta singulos dierum, descripsit, diebus quinque additis, ut eorum numerus orbi solstitiali solidoque anni spatio congrueret. Quamquam templis & effigie Numinis per flamines se demum coli voluit. Regnavitque hic 750 a. (Cod. Nas.).

IV ܐܣܕܗܒܓ ܒܪ ܐܣܦܓ *Asdabag bar Asfag*, etiam vocatus ܒܗܪܢ, scribe ܒܥܪܢ *Baaran*, cognomen tribus compositum vocabulis, uno ex ضحاك *ridiculus*, altero ex Ch. ספק *percussit*, tertio ex H. בעיר *bestia*, Syr. ܒܥܝܪܐ *ferox*, idque principis proprie appellati بیوراسپ *Bujurasp* ex P. پیراستن *pejrasten* i. e. *ornare*, ob habitum moresque ipsi juveni additum; qui vero regnans impius, specieque humana instar belluæ ferox, tyrannus evasit. Regnavit 300 a.; (Cod. Nas.) sed (ut in Tarich Finaj, & Lubb Ettavarich) 1000 a. d).

„loco Numinis ille habitus est. Tableau hist. de l'Orient T. I. p. 90: „il etoit d'ailleurs d'une beauté ravissante. Aussi „eut-il le nom, qui signifie Miroir brillant. Sa science egaloit sa „justice et ses vertus". Cfr. Lubb Ettavarich, et Gihan Numa.

d) Tarich Fenai: ضحاك تخته اوتوروب ظالم وستم اغاز ايلدي سلطنتي وظلمي چوق زمان اوزادي شويله كه خلق عاجز اولديلر „Dahak rerum potitus saevire coepit. „Ejusque tyrannis quo longior, eo majori desperatione sui populum

V ܦܪܝܕܘܢ ܒܪ ܬܒܝܢ *Faridun bar tebjan* (ex فريد *unicus, singularis, incomparabilis,* ܒܪ *filius,* & تبيان *declaratio*) nomen *Singularis Clarissimique* Regis, item كي *Kej* i. e. *Domini* cognominati. Cujus ductu & auspicio non modo memorata tyrannis destructa, sed etiam fines regni prolati fuerunt. Qui autem hoc, pro numero filiorum, in tres partes, unde odio & certamini origo, imprudenter divisit, orbusque demum, & imperio abdicato, in solitudinem Numinisque religionem se abdidit. Regnavit (sua familia), ut in Cod. Nas., 450 a., secundum alios 500 a. e).

„affecit". Saevitiae vero genus, ipsi ultimum, et reipublicae prope supremum, hoc erat. Natus in utroque ejus humero cancer fuerat: cui cerebrum humanum remedio quaesitum fuit. Ex quo pavor ubique et fuga: votumque adversus tyrannum in commune susceptum. Facinus vero, quod omnes voluerunt, unus ausus est. Faber hic ferrarius. Qui, suo etiam filio ad supplicium duci viso, hoc monstrum, sublato rebellis signo, magnoque hominum concursu facto, publicis cervicibus depulit. Cfr. Lib. cit. Lubb Ettavarich. Gihan Numa. Tableau hist. de l'Orient T. I. p. 97.

e) Tableau hist. de l'Orient T. I. p. 106: „Ce Schah illustre devoit à „ses exploits le titre de Key, qui signifie Grand, et à ses vertus le „surnom de Ferroukh (P. فرخ fortunatus), qui repond à „liberal ou fortuné. T a r i c h F e n a i: فريدون ايو اخلاقلي عالم وعادل پادشـاه ايدي عالم اهلـني خوش حال قلوب ضحاك جورندن اولان زخملره عدل ايله مرهم اوردي ـ وعالمك اكثر بلادني الدي „Feridun princeps

VI ܦܫܡ ܢܪܝܡܢ ܒܪ ܕܝ ܐܣܪܐ Faschem Nariman bår di Asro (ex H. בשׂם aroma, Aram. בסם svavis, jucundus fuit, P. نریمان heros, & Syr. ܐܣܝܪܐ captivus) nomen Regis humanissimi & fortissimi, sed devicti, ideoque etiam vocati ܟܪܟܡ ex H. כרכם, P. کرکم crocus, flavescens, pallescens, ut Ch. נתכרכמו פניו pallescebat ejus facies præ metu, pudore. Cujus vero longa dominatio (duravit hæc, ut in Cod. Nas., 500 a.), complexa videtur eam, quæ fuit regum, in Cod. Nas. intermissorum, scil. tam τȣ منوچهر Menugcher (ex چهر præstrinxit oculos pec. splendore, unde چهر conspicuus, Ch. ניהר n. lapidis pretiosi) & τȣ زاب Zab (ex P. زهاب quicquid percolatur, H. זהב aurum propr. percolatum, purgatum, impr. fulgor), quam τȣ نوذر Nauder (ex Ar. نذر rarus fuit), etiam appellati فیروز Firuz (ex P. فیروز felix fuit *) & کرشاسب Gerschasp ex H. כורש

„optimae indolis, parique sapientia et justitia cognitus, non solum, „sublata tyrannide, vulnereque quod inde inflictum fuerat curato, „subditis egregie satisfecit, sed etiam pleraque orbis terrestris regna „suo adjecit". Cfr. Lubb Ettavarich. Gihan Numa.

*) Tableau hist. de l'Orient. T. I. p. 145: „le Prince (Nouder) avoit „eu dans son enfance le surnom de Firouz, qui signifie l'Eclatant „ou l'Heureux (confudit Auctor duas diversas voces „Pers., unam فروز accendens, illuminans, alteram فیروز „victoriosus, felix): c'etoit d'après les prédictions favorables des „Devins; et jamais prédictions n'ont été plus fausses et plus trom-

Gr. Κυρος **), significante, testibus Ctesia, Plutarcho, Hesychio &c., *Solem* (ab H. חם id.); ita ut sui ævi quod felix fuerit, nominibus ܦܨܚ & ܕܙܘܦܛܝ, quod vero infelix verbis ܐܝܢܐ ܙܒ significatum putetur f).

„peuses". Nam ita de hoc in Tarich Fenai: نوذر منوچهرك اوغلي در اتاسندن صكره ملكه اكا دكدي اما اول غايتده عياش وبي پروا كشي ايدي منوچهر قودوغي قانون وقاعده اول رعايت اتمدي وملكه خلل يول بولدي عاقبت افراسياب انك اوزرينه عسكر چكوب كلوب اني طوتوب اولدردي „Nauder, qui Me- „nugeher patrem habuit, avitum quoque in regnum successit. Sed „vinolentus, malique praeterea moris, ut consilii etiam paterni im- „memor, compagem reipublicae solvit, ductoque adversus Efrasjab „exercitu, captus et interfectus fuit".

**) Distinguendus hic a כורש Jes. 44. 28. Dan. 10. 1, de quo infra.

f) Menugeher, nomine ܦܨܚ Jucuudus, ut opinor, notatus, princeps bonus (in Tarich Fenai عالم وعادل sapiens et justus ille vocatus) non fortis fuit. Ideoque, cum Efrasjab arma ipsi inferret, necessaria magis, quam honesta pax petita est. Zab vicissim, nomine ܕܙܘܦܛܝ heros distinctus, tyrannide Turamensi, victo Efrasjab, regnum liberavit. Quare sic de eo in Tarich Fenai: زاب — چوق زمان افراسياب ايرانده ويران قلدوغي يرلرك اصلاح وتعميرينه مشغول اولدي „Quae loca Iraniae Efrasjab diu (NB. per 12 a.) „devastaverat, iis, hoc pulso, reparandis cultisque reddendis Zab „operam dedit". Nauder vero et Gerschasp monstrati nomine

VII ܦܪܣܘܝܐ ܕܬܘܪܟ *Farsojo di Turak* i. e. *Efrasjab*, rex *Turaniæ*, corrupte *Turak* vocatæ: qui tribus vicibus cum totidem Iraniæ regibus bellum feliciter gessit, & qui, altéra & tertia victis Nauder & Gerschasp, in eorum subditos per duodecim annos sæviit g).

REGES PERSARUM STIRPIS KIJANI *).

I ܩܝܩܘܒܣ *Kajkubas* i. q. كيقباد *Kejkubad* (ex P. كي *rex, dominus* **), & H. כבד *gravis, honoratus*

ܒܪ ܐܣܝܪܐ captivus simul videntur. Uterque enim in proelio cum rege Turaniae commisso periit. De illo supra dictum. De hoc ita etiam in Tableau hist. de l'Orient. T. I. p. 153 etc. „le Prince „aussi vicieux que Nouder, éprouva le même sort. Injuste, cruel, „orgueilleux, il fut bientôt détesté des Grands et du Peuple — Il „marcha en personne contre l'ennemi (Efrasjab) — dans une der- „nière bataille — il perdit la vie, et presque toute son armée fut „détruite; ce qui mit le comble à la désolation de l'Iran". Cui consentit Tarich Fenai: افراسياب ينه عسكر جكوب ايران اوستنه كلوب كرشاسب ايله مصاف قلوب رزم دونردي وافراسياب جنكنده فوت اولدي „Efrasjab, iterum „copiis adversus Iran expeditis, cum Gerschasp, tum hoc occum- „bente, manus conseruit".

g) Tableau hist. de l'Orient T. I. p. 146 etc. 153 etc. Lubb Ettavarich. Tarich Fenai. Gihan Numa.

*) Cod. Nas. T. III. p. 76.

**) Obsolevit vero vocabulum hoc honoris, aeque ac quod پيشداد Pischdad fuerat, imperante Behemen; cui utpote ex veteri Persarum lingua sumtum illud displicuit.

fuit, unde P. كو *magnificus*, *venerandus*, mutato כ in cogn. ו, & sublato pro Persarum more ך finali, ut فرو pro فرون) significatu *Rex Magnus*, qui oppressæ a rege Turanensi patriæ liberator fuit. Regnavit (sua familia) 503 a., ut in Cod. Nas., sed, ut in Lubb Ettavarich & Tarich Fenai, 120 a.

II ܟܝܟܣܪܘ ܒܪ ܣܝܘܫܢ *Kajkasru bar Siavischan* i. q. كيخسرو بن سياوش *Kejchosru filius Siauschi* (ex كي *Kej dominus*, *princeps*, & كسري *victoriosus*) Rex domi militiæque clarissimus. Tantaque in ipso virtutum concordia fuit, ut altioris quam humanæ indolis suæ fidem fecerit. Neque aliud nomen in monumentis Persarum illustrius est. Regnavit, communi Auctorum consensu, 60 a. h).

III ܐܓܒ ܒܪ ܒܘܪܙܝܢ *Agab bar Burzin* vocatus in Cod. Nas. proxime memorati Kej Chosru successor, qui vero ejus antecessor, neque a كيكاوس *Kejkaus* diversus fuisse videtur. Nomen utriusque, me judice, appella-

---

h) Tarich Fenaj: كيخسرو كندوسي عظيم عسكر جكوب افراسياب اوزرينه يوريوب افراسيابك مقابليه قدرتي اولميوب جنككدن يوز دوندروب قاجدي - بعضيلر اي پيغمبر ايدي ديديلر اول قدر بخششي صفاتي وايو اثاري وار ايديكه كيانيلردة انكك كبي پادشاه كلمدي „Kej Chosru, contractis magnis copiis, iisque in aciem

tivum, sensuque eodem: illud ex H. עגב *admiratus est*, Ar. عجب *mirus, portentosus fuit*, unde معجب *admirator, ostentator, audacia tumidus*, addito كوزم ex Ar. فرزل, (permutatis *liquidis*) cum بر *filius*, *concreti* nota, *vinculum captivi*: hoc ex كي *rex*, & كاس *inversus capite* i. e. stultus *fuit*. Ratioque appellationis, quod tribus vicibus, suscepto temere bello, ille captus, totidemque, opem ferente Rustem heroë, liberatus fuit. Quæ tamen calamitas eum prudentiorem non fecit. Etiam hoc sui ludibrium edidit. Voluit, junctis arculæ avibus, abire sublimis, sed præceps ivit i).

„adversus Efrasjab eductis, regem hunc in fugam conjecit. Tanti-„que quibusdam ille visus est; ut pro Nuntio Divino habitus fuerit. „Atque inter principes Pischdadiae stirpis (haec sors sui animi, „suaeque virtutis magnitudo) singularis tantumque sui similis exi-„stimatus est". Cfr. Lubb Ettavarich. Gihan Numa. Tableau Hist. de l'Orient. T. I. p. 226 etc.

i) Tarich Fenai: اول متخلف مزاج ومتلون طبيعت ومتقلب راي كشي ايدي باوجون عظيم سلطنت ايله نتيجه كره كندويي مهلكه‌لره براغوب بندلره دوشدي „Ille magna ingenii varietate, pari inconstantia animi, „nec minori perversitate consilii, periculum sibi magnoque imperio „facessivit, etiam ipse saepius ab hoste captus". Cfr. Lubb Ettavarich. Gihan Numa. Tableau historique de l'Orient. T. I. p. 158 etc.

IV ܠܗܪܐܣܦ i. q. لهراسب *Lohorasp* (ex لهاور Lahaver n. civitatis Indianæ) ab Antecessore in imperium adoptatus, bonus & magnus princeps: qui, re equestri & pedestri instituta, fecit, ut & libentius & constantius pugnaretur. Sed ejus animus in Nebukadnesarem usque ad culpam inclinavit. Quem vero favorem in sui deminutionem suus filius Gustasp accepit. Antevertit vero pater infestum hujus consilium, missis ei insignibus imperii, & quod supererat vitæ, id recessui Numinisque cultui dicavit. Regnavit (sua familia), ut in Cod. Nas. 365 a., sed, ut in Lubb Ettavarich, & Tarich Fenai, 120 a. k).

---

k) Tarich Fenai: کیخسرو اوغلی یوغیدی ملکی اکا ویرجک خلقه کوج کلدی (لهراسب) بو ایشی فهم ایدوب خلقله بر وجه اوزره معاش ایلدی کم جملهسی راضی وشاکر اولوب جان ودلدن محبت ایلدیلر „Caruit Kejchosru filio, cui regnum traderet. Neque sine „invidia populi id Lohorasp per adoptionem acceperat. Quod vero „ille hujus offensionis haud nescius sic administravit, ut nullius „non voto satisfaceret, plurimumque amoris in universum sibi pa„raret". Ibidem: بخت نصر لهراسبک کماشتهسی ایدی کم اینکی کره بیت المقدس یرایله برابر ایلدی „Nebukadnesar, quem provinciae cuidam Lohorasp praefe„cerat, hoc regnante, Hierosolymam bis solo aequavit". Quae vero provincia erat Parthia. Qua tamen ille non contemtus, etiam Chaldaeam, Syriam, Palaestinam et Aegytum expugnavit (Tableau Hist. de l'Orient T. I. p. 297 etc.).

V ܓܘܫܬܐܣܦ ܒܪ ܠܗܪܐܣܦ *Guschtasp* (*bero di Lo-
borasp* i. e. *filius Loboraspi*) ex كشتي *gjuschti* i. e. *lucta*, unde كشتي كردن *luctari*, *fortem*, *bellicosum esse*, conspicuus bellica & civili laude princeps, sed avitæ religionis non constans, ut & contra naturam ambitiosus. Imbutus ipse superstitione Zoroastris, etiam alios hac imbui jussit. Quo autem facto, hujus regnum procellis externis, internis, agitatum est. Etenim adversus eum non solum Ergjasp, Turaniæ princeps, bellavit, sed etiam Nebukadnesar rebellavit. Injuriam vero utriusque sic ultus est, ut unum, misso suo filio Esfendiar, vita regnoque *), alterum sua præfectura, quæ Cyro tum delata fuit, privaret **). Sed laudem filio ille invidens, perniciem ei molitus est. Vin-

---

*) Tarich Fenai: كندو اوغلي اسفنديار ارجاسب انتقامنه كوندردي اسفنديار دخي واروب ارجاسبي اولدروب توران ملكني الدي „Ipse (Guschtasp) caedem parentis sui „(Lohorasp) vindicaturus, filium suum Effendiar misit: qui „filius etiam Ergjasp, Turaniae regem (caedis illius auctorem), „occidit, ejusque regnum occupavit“.

**) Tableau Hist. de l'Orient T. I. p. 346: „C'est alors que la „maison de Rouhham (Nabuchodonosor) fait des tentatives pour se- „couer le joug d'Istakhar, et se permet de nouvelles oppressions en „Syrie, surtout contre les Juifs de la Palestine. Guchtasb disgracie „cette maison, et y substitue Kiouresch (Cyrus), Prince du sang „royal, et depuis si célèbre, lui et ses successeurs par leur domi- „nation dans cette partie de l'Orient“.

dictam occisi Lohorasp sui avi hic susceperat. Qui tamen, & struente suo patre Guschtasp, certans fortissime cum Rustem occubuit. Neque crimen, cujus pœna auctoris sui conscientiâ luebatur, adoptione sui nepotis Behemen expiari potuit l). Regnavit, ut in Cod. Nas., 14 a., sed, ut in Lubb Ettavarich & Tarich Fenai, 120 a.

VI. ܐܕܫܝܪ ܒܪ ܐܣܦܢܕܝܪ *Adscir* (*bar Esfendiar* i. e. *filius τȣ Esfendiar*) i. q. بهمن *Behemen* (ex بهمه *heros*), cognominatus اردشير (ex P. ارد *magnus* & شير *leo*: frequenti syllaba *arta*, quæ ejusdem est originis, ab initio Nominum Pers., ut *Artabanus*, *Artabazus*, *Artaphernes* &c.) i. q. ארתחששתא, *Artaxerxes* Esr. 4, 8. 11. 13, etiam vocatus Per. دراز دست *Diráz dest* i. e. *Longimannus*. Qui, cæde parentis sui Esfendiar graviter vindicata, imperium Babyloniæ sævo Nebukadnesaris filio abrogavit, fineque servituti Judaicæ allato, filiam suam Homaj loco sui filii Susan hæredem regni nuncupavit m). Regnavit, (sua familia) Cod. Nas. cum Lubb Ettavarich & Tarich Fenai consentiente, 112 a.

---

l) Lubb Ettavarich. Tarich Fenai.

m) Tarich Fenai: آتاسي اسفنديار قانن طلب ايلدي چون اول زمانده رستم حكمجي ايدي اوغلي فرامرزي داره

VII ܢܘܪܐܝܬܫ ܗܘܪܝܙܕܢ *Nurajtasch Hurizdan*, cui etiam accessit appellatio ܫܡܝܕܐ *Schamida*, tria vocabula, illud ex נור, نور, نير *luxit, splendiut*, cum terminatione Pers. *concreti* طاش pro داش, ut طاش pro داش *lapis* occurrit; istud ex ܚܘܒܐ *amor*, & terminatione Pers. *concreti* دان; & hoc ex P. شيبده *amore obstupescens*; quibus probabiliter cognominata fuit Homaj, filia Behemenis, ipsi ob pulchritudinem in thalami regnique sortem juncta. Filium vero, quem a patre susceperat, & in aquam profluentem (nomini suo داراب *Darab* ex دار *tenens* & آب *aqua* origo) miserat n), repertum a fullone educatumque ubi agnoverat,

---

أصدي — وبختنصر اوغلي بابلدن عزل ايدوب — بيوردیکم بني اسرايل — بيت المقدسي معمور ايليه‌لر وبهمنک اناسي طاوت نسلندن ايدي — وهماي کم قزي در بهمن کندو عقدنه قويمش ايدي (Behemen) „ulciscens caedem, quam sui parentis Esfendiar ediderat Rustem, hoc „non reperto, filium ejus Feramzed in crucem sustulit. Sicut et, „ubi filio Nebukadnezaris provinciam Babyloniae ademerat, Israëli„tas templum Hierosolymae reaedificare jussit. Scilicet matrem, ab „origine stirpis Davidicae generatam, hic habebat. Filiam vero „suam Homaj, (cui nupserat), heredem imperii ex testamento „scripsit". Cfr. Lubb Ettavarich et Tableau Hist, de l'Orient T. I. p. 368 etc.

n) Tarich Fenai: هماي — اوغلاني بر صندوغه قويوب اغزني زفتله محکم ايدوب دريايه صالدي که بر

jure imperii tituloque ipsi delato, servire Numini, quam humano generi imperare, maluit. Spatium vero sui imperii, & hoc 80 a. (Cod. Nas.) complexum videtur id, quod sigillatim, scil. 32 a. ipsi, 12 a. ejus filio *Darab*, & 14 a. ejus nepoti دارا *Dara* (nomen hoc apocopatum ex داراب) tribuitur, sed quod nominatim in Cod. Nas. non distinguitur. Cfr. Lubb Ettavarich. Tarich Fenai. Neque alia occurrit ratio, cur *Darab* & *Dara*, ille, cui suam filiam in matrimonium Philippus, rex Macedonum, dederat o), & hic,

---

کاری انی بولوب - کندو اوغلی بسلیوب بلوغ حدنه ایرنجه تربیت قلدی „Homaj filium suum natum et arcae bene picatae inclusum in aquam praecipitem dederat. Quem vero repertum ut suum sanguinem, donec adolevisset, fullo fovens „educavit".

o) Lib. cit. داراب - خلقه عدل وداد ایلدی - اول زمانده روم قیصری فیلبوس ایدی - قزینی الوب تختن نکاحنه قویوب - صکره قزی ینه کوندردی - اول قز دارابدن حامله ایدی - اوغلی طوغدقدن صکره (فیلیبوس) کندو اوغلی کبی صقلیوب ادنی اسکندر قویوب ولی عهدی قلدی „Darab suo populo juste benigneque imperavit. Filiam vero Philippi, regis Graeci, quam uxorem duxerat, domum remisit. Foetus tamen conceptus fuerat. Editumque „illum Philippus non solum ut filium suum eduxit, sed etiam Alexandri nomine appellatum regni sui heredem reliquit".

qui victus ab Alexandro ultimus hujus stirpis princeps fuit p), commemorati non fuerint q).

VIII اسكندر *Eskender*, cognominatus ذو القرنين *Bi-cornis* i. q. *Alexander M.*: quem Filia Philippi, ut supra dictum est, a Darab suscepit; qui vero hujus filium Dara vita & regno privavit r).

---

p) Lib. cit. دارا ادم كوندروب اول بيك بيضه التوني طلب ايلدي اسكندر دخي جواب كوندردي كم اول يومرطلاين قوش بو يوادن اوچدي - اوستنه چري چكوب ايكي چرينك ايكي جانبدن صغلري دوزلدوكي وقت - دارايي هلاك ايلديلر „Miserat Darius legatum, qui „tributum mille aureorum ovorum, regi Graecorum ab ejus „patre imperatum, exigeret. Avem vero, haec parituram, „suo e nido evolasse, Alexander respondit. Caussa inde belli: et „utrimque concursum: quo autem in proelio Darius occubuit.

q) Cfr. Lubb Ettavarich. Gihan Numa. Tableau hist. de l'Orient, T. I. p. 371 etc.

r) Tarich Fenai: اسكندر بر پادشاه ايدي كم اندن اول كلن و صكره كلن پادشاهلردن بريسي ايو ايشلدوكي ايشي اشلمدي „Alexander princeps tantum sui „similis erat. Nec alius fuit aut futurus erit, qui benefactis cum „eo contendi poterit".

REGES PERSARUM STIRPIS UTRIUSQUE ASCHGANI ET SASANI.

Quæ de his Nasaræi (Cod. III. p. 76 &c.), etiam ipsi Persæ dixerim (Tarich Fenai, Lubb Ettavarich. Tableau Hist. de l'Orient T. I. p. 129 &c.), memoriæ prodiderunt, tam manca aut inchoata, tam varia aut fabulosa sunt, ut nominatim ea persequi, operæ pretium non duxerim.

Corrigenda.

P. 17. lin. 20. immanibat pro imminebat. 31. 22. fena pro femina. 32. 18. ܐܥܕܪ̈ܐ pro ܐܥܕܪ̈ܐ. 43. 7. rar delendum. 47. 8. quos pro quas. 47. 23. contraheret pro contraherent. 49. 3. iracundae nociferaeque pro iracundi nociferique. 51. 22. Aquor pro Aequor. 63. 4. 360 pro 360000. lin. 5 mundo pro mundos. 65. 17. monstrualium pro menstrualium. 75. 4. proverso pro perverso. 83. 7. princeps horrendus pro horrendus princeps. 95. 17. ܐܘܨܡܘܬ̈ܐ pro ܐܘܨܡܡܬ̈ܐ. 97. 16 وفرنج pro وورنج 111. 5. perecurri pro percurri. I. 148. 1. Omissa in fin. lin. III. 76. 2. 150. 10. قاكم pro تاكم. 155. 17. افراساب pro افراسياب. 158. 24. contemtus pro contentus.